



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1677

Titulus. XVI. De Adulteriis, & stupro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

Notandum secundò, homicidium dicitur de voluntario quatuor modis committitur, ut habetur in *c. 2. h. t. facto*, cum quis per se, sive propria manu aliquem occidit: præcepto, sive mandato, cum per alium: consilio, aut defensione non necessariâ, sive excedente moderamen inculpatae tutelæ, si loquamur de homicidio culpabili, & punibili, *Abb. hic n. 2. not. 3.*

Notandum terciò. Spectato Jure Canonico an-

tiquo, Episcopus potest cum voluntario homicida dispensare, quoad beneficium simplex obtinendum, ne cogatur in Clericalis Ordinis opprobrium mendicare, ut patet ex *c. 2. h. t. & dictum supra c. 12.* Porro jure novo Concilij Trident. *c. 1.* Clericus pugnans in duello, est etiam ipso jure, seu facto excommunicatus, & consequenter etiam suspensus, ipso jure, ab officio, & beneficio, ut notat *Suar. cir. dis. 31. sec. 4. n. 48.*

T I T V L V S XV.

DE SAGITTARIIS.

N cap. *Artem unic. h. t.* Papa Innocentius III. artem illam mortiferam, & odibilem (quippe quæ causam homicidij præbere solet) Sagittariorum, adversus Christianos, & Catholicos exerceri de cetero sub anathemate, si ve excommunicatione prohibet. Consistit autem ars hæc in jaciendis sagittis, eaq; prohibetur exerceri in bello injusto, nam in bello justo licitum est quibuscunque armis uti, & pugnare, *Gl. hic v. Christianos.* Deinde prohibetur exerceri contra Catholicos, ut colligi videtur à sensu contrario, nam in bello justo contra Saracenos, aliosque infideles, impunè hæc ars exerceri potest, *Hosiens. hic.* quia non refert, anviapertâ, an occultâ, & ex insidijs pugnetur, vide-

tur autem hæc ars pugna ex insidijs, *Silvest. hic v. ars. q. 6.* Aliter hoc c. explicat *Abb. hic n. 2.* nempe quòd Papa voluit specialiter prohibere exercitium hujus artis contra Christianos, & Catholicos, ut magis ab ea abstinerent homines in bello contra fideles, licet etiam in bello injusto contra infideles ista ars sit prohibita, quia plùs timeri solet, quòd specialiter injungitur, quàm quòd generaliter imperatur, *c. Si adversus 11. de heretic.* Est autem Canon iste excommunicationis non latæ sententiæ, sed ferendæ, *Gl. fin. hic.*

Porro per sagittarios hic intelligi putat *Barb. in Collect. n. 2.* eos, qui fœdere cum dæmone iniso, ei animam, & corpus addixerunt, si quàm longissimè dislitos ferire, & trajicere possint, quos voluerint.

T I T V L V S XVI.

DE ADULTERIIS, ET STUPRO.

Postquam actum est de criminibus, quæ committuntur contra quintum præceptum Decalogi, & per quæ læditur vita, & corpus proximi, sequuntur nunc ordine delicta contra sextum præceptum Decalogi, nempe delicta carnis, quibus peccatur in proprium corpus, & læditur pudicitia, ut adulterium, stuprum, & alia similia, de quibus hoc Titulo agendum.

S E C T I O I.

DE CRIMINE ADULTERII, & ejus pœnis.

§. I.

Quid sit adulterium, & quibus modis committatur?

I. **A**SSERTIO 1. Adulterium est alieni tori violatio, *c. ult. caus. 32. q. 6.* unde adulterium dicitur, quasi ad alienum torum accessio, *Hosiens. in summa h. t. n. 1. Silvest. v. Adulterium. n. 1.* Continet autem in se duplicem deformitatem contra rectam rationem, sive malitiam; unam luxuriæ, quia est concubitus viri cum fœmina, extra conjugii-

um: alteram injustitiæ, quia est coitus cum fœmina, quæ est uxor alterius, *S. Thom. 2. 2. q. 154. art. 8. Aror. p. 3. Instit. c. 7. in princ.* quæ malitia non purgatur, nec tollitur per consensum alterius conjugis, eò quòd hic consentiat in adulterium conjugis adulteri, quia adhuc injuria infertur DEO Auctori naturæ, qui vinculo indissolubili utramque conjugem sibi invicem astrinxit: quamvis conjux consentiens in adulterium alterius non possit actionem, vel querelam instituere super illatâ sibi injuriâ à conjuge, quia scienti, & consentienti non fit injuria, neque dolus, *reg. juris 27. in 6.*

II. ASSERTIO 2. Committitur adulterium tribus modis. Primò, si vir conjugatus cognoscat carnaliter mulierem solutam, & tunc est adulterium simplex, ex parte viri tantum. Secundò, si è contrario, vir solutus cognoscat carnaliter fœminam conjugatam, & hoc est adulterium simplex, ex parte

parte fœminæ tantum. Tertiò, si vir conjugatus accedat ad fœminam itidem conjugatam, & hoc est adulterium duplex, ex parte utriusque, tam viri, quàm fœminæ, *Silvest. c. l. Aror. c. l. not. 2.*

Ubi tamen notanda est differentia inter Jus Civile, & Canonicum, nam quamvis propriè dictum adulterium ex parte viri sit, cum violat alienum torum, licet ipse sit solutus, & non conjugatus: & ex parte mulieris, quando ipsa violat proprium torum, etiam si adulter non sit conjugatus: si tamen vir conjugatus concubat cum soluta, tunc de Jure Civili, nec ex parte viri, neque ex parte mulieris, dicitur, vel censetur adulterium: neque pœnæ decreta in adulteros tunc locum habent, ut ex communi, & indubitata DD. sententia tradit *Clarus l. §. sentent. §. Adulterium, n. 2.* idèò que in *l. Fugitivus 225. ff. de V. S.* adulter vocatur, qui alienam matrem-familias corrumpit. Ratio est, quia in adulterio commissio cum fœmina conjugata, sive à soluto, sive à conjugato, confunditur semen adulterinū cum maritali, & ex eo nascitur proles incerta, cum ipsa nesciat, an ex marito, an verò ex adultero conceperit. At verò de Jure Canonico, si vir torum, & fidem conjugalem violet, accedendo ad aliam etiam solutam, quàm ad propriam conjugem, adulterium verè, ac propriè committere censetur, non minùs, quàm mulier conjugata, si carnale commercium habeat cum alio viro etiam soluto, quàm proprio marito, quia eadem castimonia debetur à viro, quæ ab uxore, & uterque conjux ad fidem mutuo promissam æqualiter obligantur, *c. Nemo 4. in princ. caus. 32. q. 4.* quamvis turpius sit adulterium in muliere, ob rationem suprà allatam, *Clarus c. l. Zoef. in comment. ff. ad Leg. Jul. de adulter. n. 2.*

III. Præterea committitur adulterium, non solum si vir alienam uxorem carnaliter cognoscat, sed etiam si carnale commercium cum sponsa aliena habeat de præsentia ducta, non tamen adhuc à viro suo cognita, quia Sponsalia per verba de præsentia contracta sunt verum matrimonium, nuptias enim non concubitus, sed consensus facit, *Reg. 30. in ff. Gl. in c. Discretionem 6. V. Reatum, de eo qui cognovit consang. Clarus §. Adulterium. n. 8.* & alij communiter. Non autem committitur adulterium cum aliena sponsa de futuro, ut ex probabiliori sententia docet *Covarr. in Epitome l. 4. Decretal. c. 1. n. 7. & 8. Clarus c. l. Zoef. in comment. ff. ad Leg. Jul. de Adult. n. 6.* quia adulterium propriè in nuptiam committitur, *l. Inter 6. §. 1. & l. Stuprum 34. in fine ff. eod. tit. & adulterium est violatio alieni tori, & adulter dicitur corruptor alienæ matrisfamilias. At verò per concubitus cum sponsa aliena de futuro, non violatur torus alterius, quia sponsus non habet jus accedendi ad sponsam, ante consensum conjugalem mutuum, expressum vel tacitum, de præsentia præstitum, nam per sponsalia de futuro jus acquiritur, non tam præsens, quàm futurum, quod per matrimonium sponsæ cum alio contractum, & alijs etiam modis impediri potest, nec etiam Sponsa aliena dici potest Materfamilias,*

Non obstat text, in *l. Si uxor 13. §. Divi ff. ad*

*Leg. Jul. de adulter. ubi dicitur: Etiam in præsentia dem vindicandum, quia nec spem matrimonij committitur: & in l. Propter 7. C. eod. dicitur: potest jure mariti violatæ virginis admen exerceri, nisi violata sponsa ejus fuerit ea loca non sunt accipienda de adulterio dicto, sed latè sumpto, prout etiam suprà plectitur, juxta *l. Inter 6. §. 1. ff. eod. tit.* vindicandum sit, non tamen nisi ut stuprum, ut patet *l. Si uxor, §. Minor: nec utagat quasi pater, & tanquam de adulterio, cum non fuerit tempore commissi criminis, sed potius tanquam de stupro in sui injuriam committit per præcedentia sponsalia, & spem matrimonij, juxta *l. Etiam 15. §. Sponsam quoque ff. de injuriis certum est, illum, qui cognoscit fœminam sponsatam per verba de futuro, gravem iniuriam ferre sponso, lædendo jus per fidem mutuum ipsi acquisitū: unde sponsus non vindicatur in actionem cum sponsa sua, eò quod sit adulter, sed ratione gravis injuriæ sibi illata, Covarr. n. 9. & 11. Zoef. c. l. n. 7. & 8. Nec etiam quod adfert Gratianus in c. Omne 10. caus. 12. Deuteronom. 10. c. 22. Qui sponsam alienam opprimit, morte moriatur, quia uxorem alienam lavit. Nam ibi est sermo de sponsa de præsentia, patet ex c. Si quis 11. & c. seq. junct. Gl. ad l. Zoef. in comment. ad Decretales h. n. 2.***

§. III.

De accusatione criminis adulterii.

IV. Quæritur primò, quinam admittantur ad accusationem adulterij? Resp. Inprimis omnes alios, etiam patrem adulteræ, admittuntur accusandum maritum, *l. 2. §. Si simul ff. de adult. ubi etiam ratio redditur, cur maritus accusando præferatur patri mulieris adulteræ, propterea irâ, & majore dolore executionem accusationem credendum est: idque procedit, etiam si prævenierit in accusando adulteram, modo non fuerit negligens in accusatione iniuncta, ibidem additur: vel nisi pater maritum interarguat (qui jure mariti non accusabit, sed transei) aut colludere magis cum uxore decessit ex animo accusare: tunc enim pater præferatur, aliàs postponitur in accusando, *l. Nisi ff. Gl. V. Infamem. ff. eod.**

V. Præterea post maritum cessante nolentem agere, admittitur ad accusandum adulterium pater mulieris, *l. 2. §. Si simul, & l. ff. de adult. post patrem verò reliqui non admittuntur, scilicet frater, patruus, & alij, quos verus dolor ad accusandum adulteræ, & alij, quos verus dolor ad accusandum impellit, *l. Quamvis 30. C. ad Leg. Jul. de adult. Cessantibus autem propinquis, etiam extraneis accusandum admittuntur: nam licet jure mariti accusare nequeant de adulterio, *l. Si verum 4. ibi Gl. V. Qui accusare ff. dicto tit. & l. Jure 4. non tamen omnino excluduntur ab accusatione solum ita, ut non possint accusare, quandoque***

propinqua, & necessaria extant, & accusare non recusant: quomodo intelligendum est, quod dictum in cit. l. *Quamvis*. C. dicto tit. ut exponit Gl. ibid. V. Proximis. ff. Ab accusatione. Alioquin verò cum adulterium inter crimina publica numeretur, l. 1. ff. de public. Judic. §. Item lex Julia Instit. eodem, quilibet de populo ad ejus accusationem admittitur, dummodo mas sit, & major XXV. annis, l. Palam. 43. §. Senatus. ff. de ritu nupt. l. Si maritus. 15. §. Lex Julia. ff. l. 1. C. eod. Wesenb. in Parat. ff. eod. num. 10. Harprecht. Instit. de public. Judic. §. Item lex Julia num. 38. Et si verò aliis minor XXV. annis adulterij accusare non potest, quia non videtur idoneus accusator, qui nondum robusta est ætatis: suum tamen matrimonium, si velit vindicare, admitti debet, cit. l. Si maritus. §. Julia. cum auctoritate tamen Curatoris, l. Clarum. 4. C. de auct. præstant. Gl. in cit. §. Lex Julia. V. Audietur. Sed et si maritus adhuc filius familias sit, accusare uxorem potest de adulterio, perinde ac si sui juris esset, etiam invito patre, l. Inter. 6. §. Filius famil. ff. h. t.

VI. Ceterum et si maritus accusare possit uxorem, non tamen vice versâ, uxor accusare potest de adulterio maritum criminaliter ad legalem poenam infligendam, spectato Jure civili, ut constat ex l. 1. C. h. t. Hostiens. in Summa num. 1. h. t. idque procedit, si maritus accedat ad solutam, si ve ad conjugatam, ut tradit Gl. ibid. V. Violato. Farinac. in praxi crim. p. 5. q. 141. num. 104. Sanch. l. 10. de matrim. dis. 8. num. 33. Ratio est: tum quia uxor majorem reverentiam, & honorem debet viro, tanquam Capiti suo, quam vir uxori: tum quia adulterium longe gravius est in uxore, quam in viro, ob prolis incertitudinem, & alieni partus suppositionem; idcirco et si vir admittatur ad accusandum criminaliter, non autem vice versâ, Harprecht. cit. l. num. 42. tum quia maritus, si ve accedat ad solutam, si ve ad aliam conjugatam, non inquinat suum ipsius torum; adeoque nec uxoris suæ, sed torum viri illius, cum cujus uxore rem habet, Gl. in cit. l. 1. V. Violato. C. h. t.

Ex quo infertur, si vir accuset adulteram uxorem criminaliter, non admittitur exceptio, quod vir etiam adulterium commiserit, quia in hac accusatione vir, & mulier non gaudent æquali jure, Sanch. cit. l. n. 34. Potest tamen uxor contra maritum adulterum agere civiliter ad divortium instituendum, & repetendam dotem, ac donationem propter nuptias, Farinac. cit. l. C. Sanch. de quo infra. potest etiam uxor contra maritum instituere actionem injuriarum, non ad poenam legis Julæ, sed quia ob violatum matrimonium gravem injuriam passa est, Farinac. cit. l. n. 106.

VII. Verum hoc quod dictum est de discrimine inter maritum, & uxorem, non procedit, spectato Jure Canonico, secundum quod, cum adulterium pari ratione in utroque conjugate, tam viro, quam muliere damnatum sit, c. ult. caus. 32. q. 5. ideo hoc jure uxor potest accusare criminaliter de adulterio virum suum, ad poenam legalem infligendam, Arg. c. Si quis. 4. caus. 32. q. 1. junct. Gl. V. Ad imparia. ubi ait, quod vir, & uxor in adulterio deprehensi non ad imparia judicantur, quoad debitum reddendum, divortium, & accusationem, Farinac. c. l.

Tomus V.

n. 105. quamvis viros suos non ita facile de adulterio accusare soleant, ut dicitur in cit. c. ult. caus. 32. q. 5. Et hanc sententiam Juris Canonici sequuntur etiam Ordinationes Imperij, ut refert Wesenb. cit. l. num. 12.

VIII. Queritur secundò, intra quod tempus accusatio adulterij sit instituenda? Respond. maritus, jure speciali mariti, accusare potest uxorem adulterij intra LX. dies utiles computandos à tempore soluti matrimonij per divortium, l. Non solum. 3. & ibi Gl. V. Ex dissolutione. C. l. Iure. 6. C. h. t. Idem tempus LX. dierum concessum est patri, quod tamen ipsi non currit, dum maritus accusat: si verò uterque, tam maritus, quam Pater differat accusare, utriusque hoc tempus currit, l. Si maritus. 4. in princ. ff. h. t. post LX. dies verò elapsos admittuntur ad accusandum etiam extranei (& inter hos quoque maritus, & pater, si privilegium LX. dierum neglexerint, sed jure extranei) intra quatuor menses utiles, cit. l. 4. §. 1. l. Miles. 11. §. Sexaginta dies. ff. eod.

IX. Queritur tertio, Quinam accusari possint de adulterio? Resp. accusari possunt, tam adulter, quam adultera, modò per dolum adulterium sit commissum, id est, sciverit eam, cum qua scortatus est, alterius esse uxorem, nam adulterium sine dolo malo non committitur, l. pen. ff. h. t. Hostiens. in Summa. eod. num. 4. Hinc si mulier ab alio decepta, putans esse maritum suum, carnaliter cognoscatur: vel credens maritum esse mortuum, cum alio nuptias contrahat, non potest accusari, tanquam rea adulterij, Wesenb. in Parat. ff. h. t. num. 14. Idemque est de eo, qui ignorat mulierem, quam cognoscit, esse nuptam viro, Farinac. cit. q. 141. n. 97.

Extenditur autem primò, Quod mulier conjugata, etiam si publica meretrix sit, possit accusari, ac puniri, tanquam rea adulterij, l. Si uxor. 13. §. Sed et si ea. ff. h. t. & ibi Gl. V. Vulgaris. & alij plures apud Farinac. cit. q. num. 84. Nec obstat, quod in l. Si ea. 22. C. h. t. dicitur, cum meretrice adulterij crimen cessare, nam ibi adulterium accipitur pro stupro, juxta Gl. ibid. V. Adulterij. Idque certum videtur, respectu mulieris, quod ob meretricium non excusetur ab adulterio, si conjugata sit: alioquin sequeretur absurdum, quod mulier, quæ publica adultera est, minus puniatur, quam mulier, quæ occultè solum adulteratur: quamvis vir conjugatus accedens ad talem publicam meretricem conjugatam non possit accusari, ac puniri, tanquam reus adulterij, quia non videtur violasse torum alienum, ubi nullus est tori pudor, & respectus, sed promiscua, & vulgaris, marito connivente, turpitudine, Wesenb. cit. l. num. 6. Farinac. cit. l. num. 85. ubi ait, hodie ita in praxi servari: quamvis Clarus §. Adulterium. n. 3. dicat, quod etiam quoad mulierem meretricem cessat poena; adeoque etiam accusatio criminalis adulterij. Extenditur secundò, quod non solum accusari possunt, qui mechanice, sed etiam, qui quavis ratione, quæsum ex adulterio faciunt, ut qui lenocinium exercent, si ve prostituunt uxorem suam, vel qui domum sciens præbet, ut adulterium in ea fiat, l. Qui domum. 8. l. Maritus. 29. §. Qui quæsum. ff. h. t. Item qui prohibitas, & illi-

D d

XIII. Porro non sufficit ad plenam probationem adulterii quæcunque suspicio probabilis, sed requiritur violenta, quæ sufficit ad condemnandum, juxta c. Affere. 2. & c. Litteris. 12. de præsumpt. cujusmodi est, quæ etsi non plenam, & indubitam fidem, moralem tamen certitudinem facit, quæ virum prudentissimum induceret ad judicandum, adulterium esse patratum, Sanch. cit. dis. 12. n. 41. & 42. Tales præsumptiones violentæ plures enumerantur à Mascardo de probat. concl. 59. & seqq. Menoch. de præsumpt. l. 5. præsumpt. 41. Sanch. cit. dis. 22. n. 43. & seqq. Prima est orta ex ipsa rei natura, si ablente marito per unum annum, vel amplius, is postea reversus reperiat uxorem suam prægnantem, quæ sufficiens est ad condemnandum ad pœnam ordinariam adulterii. Menoch. cit. præsumpt. 41. n. 5. & 6. Secunda est, si qui accusati sunt de adulterio, ac post factam excusationem, & defensionem, quod essent sanguine juncti, matrimonium contraxerunt, tunc est præsumptio, ipsos antea adulterium commisisse, de quo fuerant accusati, l. Si qui. 34. C. ad leg. Jul. de adul. quæ est præsumptio sufficiens ad pœnam capitalem adulterii infligendam, Menoch. c. l. n. 7. & 8. Tertia est, si maritus ter alicui denunciavit, in scriptis, & præsentibus tribus testibus, ne cum sua uxore esset, eamque alloqueretur, & tamen denuo deprehendatur cum illa esse, & colloqui, Auth. Si quis ei. C. h. t. & hæc est etiam præsumptio juris, & de jure, sufficiens ad pœnam capitalem adulterii infligendam, Menoch. c. l. n. 9. & 10. Quarta conjectura, seu præsumptio est, quando reperitur solus cum sola, nudus cum nuda, in eodem lecto jacere, juxta c. Litteris. 12. de præsumpt. imò etiam si quis solus cum sola in loco secreto, & abdito sit inventus, præsertim si vir solutus habeat caligas, & mulier renuat aperire ostium, Menoch. cit. præsumpt. 41. n. 11. & 12. vel se mutuo amplectentes, & osculantes, Abb. in c. Præterea. 27. n. 2. de testib. quæ tamen probabilis solum suspicio adulterii videtur, non violenta, nisi alia circumstantia, & adminicula concurrant, quia oscula, & amplexus sunt solum præparatoria ad adulterium, & futurum, non præteritum arguunt, Menoch. c. l. n. 26. & seqq. Sanch. cit. dis. 12. n. 45. & seqq. multò minus xenia, & munera hinc inde missa faciunt violentam præsumptionem adulterii, nec illud plenè probant, Sanch. c. l. n. 48.

XIV. Quinta conjectura est perpetrati adulterii, vel fornicationis, quando domus mulieris diu nocturne frequentatur ab adolescentibus, præsertim scholasticis, Menoch. c. l. n. 21. Sexta est, si mulier, incito vel invito viro, abnoctavit, Felin. in cit. c. Præterea. n. 3. Verùm ex hoc non potest argui adulterium, cum potuerit habere alias causas abnoctandi, vel socias mulieres honestas ac pudicas, Menoch. c. l. n. 22. & 24. Septima conjectura est, si reperta sint literæ amatorie mulieris, in quibus fatentur concubitus præteritum, satis probatum foret adulterium contra ipsam, Menoch. c. l. n. 39. Verùm extrajudicialis confessio, qualis est hæc, non probat plenè adulterium, vel aliud delictum proprium, sed facit indicium sufficiens ad torturam. At verò confessio conjugis facta in Judicio plenè quidem probat proprium adulterium contra ipsam, c. Intelleximus. C. h. t. Sanch. cit. dis. 12. n. 49. non tamen talis confessio probat plenè

contra maritum, ut ex illa condemnari possit de adulterio, quia confessio unius super aliquo crimine non nocet alteri, etiam socio criminis, nullienim de se confessio adversus alium in eodem crimine est credendum, c. Nesciens. 10. de testib. c. 1. de confess. Gl. in c. Significasti. §. in notat. & V. Imponens. h. t. Abb. ibid. n. 4.

Similiter non sufficit ad probandum adulterium, si vir vel uxor gloriatur, vel dicat, extra judicium, se commisisse cum isto, vel ista adulterium, quia hujusmodi confessio extrajudicialis non valet in præjudicium alterius, imò nec contra confitentem plenè probat, Sanch. c. l. n. 48. Porro præsumptiones prædictæ violentæ adulterii debent plenè probari per testes, omni exceptione majores, eosque non singulares, Sanch. c. l. n. 51. Verùm in hac re non potest dari regula certa & generalis, cum tota pendeat ab aliis circumstantiis particularibus, ideòque Judicis arbitrio relinquitur, quæ signa, sive conjecturæ sufficiant ad probandum, sive adulterium, sive fornicationem: licet in Jure in c. Litteris. 12. de præsumpt. expressum sit, violentam præsumptionem adulterii (idem est de fornicatione) esse, si solus cum sola, vel nudus cum nuda, in eodem lecto jacere deprehendantur: possunt tamen tales personæ esse, concurrentibus aliis circumstantiis, ut etiam non sufficiant pro violenta præsumptione adulterii, vel fornicationis, etsi unus cum una in eodem lecto reperiantur, præsertim vestiti. Itaque in his, & aliis similibus casibus, in quibus nihil in specie Jure est expressum, necessario ad prudentis viri arbitrium est recurrendum, ejusque judicio standum, ut jam dictum.

§. IV.

An maritus teneatur uxorem adulteram non resipiscentem dimittere, nec eam sibi reconcilare, nisi post peractam pœnitentiam, & emendationem?

XV. Respondetur affirmativè, prout decernitur in c. Si vir. 3. h. t. quod est desumptum ex Concilio Arelateni, aliàs Aurelianensi, ubi dicitur: si vir sciens uxorem suam deliquisse (adulterando cum alio) quæ non egit pœnitentiam: sed permanet in fornicatione (nam si egit pœnitentiam, potest vir eam ad torum, & cohabitationem denuo admittere, ut postea subjungitur) vixit cum illa, reus erit, & particeps peccati illius. Ratio est, quia patronus est turpitudinis, qui crimen celat uxoris, c. 1. & c. Si quis. 6. caus. 32. q. 1. l. Quemadmodum. 25. §. ult. de jurejur. & l. 2. C. Ad leg. Jul. de adul. ubi dicitur, crimen lenocinii contrahunt, qui deprehensam in adulterio uxorem in matrimonio retinuerunt, Gl. hic V. Reus erit. Quod si mulier dimissa pœnitentiam egerit, & voluerit ad virum suum reverti, debet eam recipere (id est, potest, nec enim cogitur, nisi velit, c. Gaudeamus. 19. de Convers. conjug.) sed non facit recipere peccatricem. Quare quod hic dicitur,

Dd a

tur,

tur, *debet recipere*, id intelligendum est non de debito strictè dicto, scilicet necessitatis: sed honestatis, quia etiam post penitentiam posset maritus eam de adulterio accusare, c. *Admonere*. 8. *caus.* 33. q. 2. *Gl. hic V. Debet, & Hostiens. V. eod.*

XVI. Pro explicatione hujus c. notandum primò. Obligatio separandi se ab uxore adultera, quamdiu non se emendat, non oritur ex adulterio præcisè: tum quia etsi Christus *Matth.* 5. & 19. permiserit divortium ab uxore, ob causam fornicationis, non tamen id præcepit: tum quia cum divortium sit pœna adulterii, non potest obligare conjugem innocentem, & hic, cum in ejus favorem id statutum sit, ob injuriam ipsi illatam per adulterium, potest hoc jure suo cedere, & injuriam condonare, *Sanch. l. 10. de Matrimon. dif. 13. num. 6.* Sed neque oritur obligatio dimittendi uxorem adulteram persistentem in adulterio, ex præcepto correctionis fraternæ, quia vir huic satisfacit, uxorem admonendo, ut resipiscat, & puniendo modo sibi permisso: quod si hoc non sufficiat, moraliter loquendo, nulla superest spes emendationis, sed potius timeri potest, ne dimissa à viro libidini vacet, & deterior efficiatur: neque præceptum charitatis proximi potest obligare maritum, neque præceptum correctionis fraternæ ad dimittendam uxorem, cum tam gravi suo detrimento, quia stimulis carnis agitur, quibus resistere valde difficile illi erit, & catere cogetur obsequiis uxoris, in educatione filiorum, & ministeriis domesticis, *Sanch. c. l. n. 8.* Oritur ergo hæc obligatio dimittendi uxorem adulteram persistentem in publico adulterio, ex solo præcepto vitandi scandali, quia alioquin vir censeretur connivere, & patrocinari adulterio uxoris: & hac præsumptione consensus viri in adulterium uxoris nititur textus in *cit. c. Si vir. h. t. & c. 1. caus. 32. q. 1.* non imponendo novum præceptum, sed declarando naturale, de vitando scandalo, quod ex tali suspitione oritur, *Sanch. c. l. num. 10. & 11.* dummodo adulterium sit notorium, vel publicum, nam si notorium non sit, etsi ipse vir sit illius conscius, vel etiam alii pauci, ita ut probari possit, cessat obligatio dimittendi uxorem, quia tunc cessat ratio scandali publici, *Sanch. c. l. num. 14.*

Est autem hæc obligatio dimittendi uxorem perseverantem in publico adulterio gravis, & mortalis culpa, si aliis mediis caveri non possit scandalum inde consequens: nisi tamen ex justa, & urgente causa uxor adultera retineatur, v. g. ob timorem proprii periculi spiritualis, vel damni spiritualis ipsius uxoris, ut si expulsa fieret deterior, vel ne uterque conjux infamaretur: vel quia probabilis spes est fore, ut si uxor retineatur, resipiscat, *Sanch. cit. dif. 13. n. 19. & seqq.* Unde hoc præceptum dimittendi uxorem adulteram persistentem in adulterio, eique debitum negandi valde rarò obligat, *Sanch. c. l. n. 25.*

Notandum secundò. Hæc obligatione dimittendi virum adulterum incorigibilem non tenetur uxor, tum quia in illa cessat ratio vitandi scandali, cum scemina non ita possint cohibere viros, ne libidini vacent, quibus subditæ sunt: tum

quia minor spes est emendationis in viro, ob majus periculum, ne inhonestam vitam & graviora incommoda sequantur ex eo viri. Unde etiam *cit. c. Si vir. de solo voto* rito loquitur, quia in illo multò major ratio est, cur teneatur dimittere uxorem adulteram, hæc maritum adulterum, *Sanch. cit. dif. 13. Nec obstat, quòd in c. Si quis. 4. caus. 31. sine dicitur: Similiter si virum suum uxor adulterum, non ad imparia judicatur, quia id intelligendum est, quoad facultatem infirmitatis, ratione adulterii, non quoad obligationem, *Sanch. c. l.**

XVII. Notandum tertio. Si vir uxorem suam adulterium commisisse, non sit peccator adulterii, quoad culpam, etiam si illam reus colligitur ex *cit. c. 3. ibi: si vir sciens h. t. quod adulterium non committitur, sine voluntate, & scitu, ignorans autem non consentit, caus. 31. in princ.* quamvis bigamiam contrahat, in Ministerium Ecclesiasticum admitti non potest. *Si conjux. 11. dif. 34.* etiam si reconciliatio non sit secuta, & sic privatur jure suo, sine culpa, sine causa, *Hostiens. in cit. c. Si vir. V. Sanch. num. 2.*

Notandum quartò. Si uxor sapienter adulterando cum alio, maritus semper potest mittere injuriam, si vult, & post penitentiam recipere, secundum Evangelicam doctrinam, etiam septuagesies septies, c. *Adhuc. 31. & penit. c. Quomodo. 25. §. fin. de purg. canon.* tamen ad id cogitur, quia etsi quis remaneat injuriæ sibi illatas, quantum ad remedium, seu odium, non tamen quantum ad ætatem, vel jurisacquisti remissionem, ut in hoc mo enim tenetur suum dare, vel remittere, *lit. c. Precaria. 4. caus. 10. q. 2. nec videtur riam facere, qui utitur jure suo, c. Cum Ead. de Elect. Quare cum in cit. c. Si vir in fine dicitur, quòd maritus non sape debeat recipere uxorem peccatricem, etiam post penitentiam, eo dictum est, quia Ecclesia non intercedit pro eo postquam maritus aliquoties ei pepercit, & non sua videatur ei dare licentiam peccandi, & non terreatur, ne amplius peccet, nam delicta commissa gravius puniri debent, l. *Nemo. 9. Episc. audient. Gl. fin. in cit. c. Si vir, & Hostiens. in fine.**

Illud hic addendum, non teneri virum adulteræ etiam non resipiscenti denegare alimentum, quia hoc est medium nimis remotum ad finem emendationis obtinendum: sed potius præberetur ansa persistendi in peccato, profluendi corpus suum, ut questum faciat. *Ioann. Andr. in cit. c. Si vir. num. 1. Sanch. dif. 13. num. 17. contra Abb. ibi. num. 2.*



§. V.

Quæ sint pœnæ adulterii, tam criminales, quàm civiles?

XVIII. ASSERTIO I. Inprimis lege Divinâ antiquâ Mosaicâ, adulteri & adulteræ morti adjudicabantur, *Levitic. c. 20. Vers. 10. & Deuter. c. 22. v. 22.* & quidem ut lapidarentur, ut constat ex c. 8. *Joan.* Jure verò civili Cæsareo decreta erat adulteris, five viro, five mulieri, pœna gladii, seu capitis amputatio, *l. Quamvis. 30. in fine C. ad leg. Jul. de adul. §. Item lex Julia Instit. de public. Indic. Ea verò postea correctâ fuit in fœminis adulteris, ut verberata in Monasterium detrudantur, ita tamen ut intra biennium viro uxorem repetere liceret: biennio verò transacto, vel viro, priusquam reduceret eam, mortuo, adultera tonsâ, Monastico habitu suscepto, ibi, dum vivit, permanere debeat, juxta *Auth. Sed hodie. C. eod.* Quod si non possit reperiri Monasterium, in quo adultera recipiatur, potest Judex commutare pœnam, in exilium eam condemnando, confiscatâ eâ parte bonorum, quæ Monasterio erat applicanda, *Farinac. in praxi crimin. p. 5. q. 40. tit. 16. n. 19.* & alii communiter. Hodie verò in plerisque Provinciis pœna adulterii est relegatio, five exilium, *Harprecht cit. §. Item lex Julia. num. 78.* vel alia pœna arbitraria, etiam pecuniaria, teste *Claro §. Adulterium. n. 7.* In nostris partibus adulteri, & adulteræ in pœnam stare debent, tribus diebus Dominicis, vel festis, quando est concursus populi, ante fores Ecclesiæ, cum accensa face, vel candela.*

XIX. Verum secundum Jus Canonicum, Laici adulterium committentes, tam masculi, quàm fœminæ, si in delicto perseverant, excommunicantur, *c. Intelleximus. 6. h. t. Ubi Episcopus, seu Diaconus loci adulterum, & adulteram excommunicavit: quamvis hæc pœna excommunicationis, saltem in Germania, non sit in usu. Præterea mulieres in Monasterium detruduntur, & si mariti nolint eas recipere, ibi perpetuam penitentiam agere debent, c. Gaudeamus. 19. de convers. conjug. pro ut etiam antè Jure civili statutum erat, *Clarus cit. l. Harprecht in cit. §. Item lex Julia, num. 77.* Clericus autem, si adulterasse confessus, vel convictus fuerit, deponi ab officio, & Clericatus Ordine, & communione (scilicet fidelium, & Sacramentorum) ei concessâ, in Monasterio ad agendam ibi penitentiam, toto vitæ suæ tempore, collocari debet, *c. Si quis. 10. & c. seq. dis. 81. & c. Cum non ab homine. 10. de Indic. Hostiens. in summa n. 7. h. t. Clarus c. l. Bern. Diaz. in pract. crim. Canon. V. Adulteri. c. 89. num. 2.**

XX. Porro hæc pœna depositionis in Clerico adultero tum demum locum habet, si is adulterium in Judicio sit confessus, vel de eo convictus, *c. Si quis Clericus: secus est, si tantum de eo fuerit suspectus, & infamatus, sola enim infamia non sufficit ad infligendam Clerico pœnam ordinariam adulterii: sed tunc purgatio solum est ei indicenda, in qua si defecerit, debet suspendi ab officio, & postea agi ad certam pœnam, Farinac. cit. q. 40.*

num. 33. Idque sumitur ex *c. Significasti. 5. h. t.* Nam quidam Presbyter, intra Ecclesiam, cum uxore alterius dormivit, quæ se & illum (scilicet Presbyterum adulterum) cuidam Sacerdoti hujusmodi delictum confessos fuisse, publicè detexit Episcopo Diocesano: & idem Sacerdos postea hoc ipsum (nomen adulteri celans) Episcopo præsentè, dixit: sed Presbyter adulter hoc negavit, muliere in sua confessione persistente. Quæ sit ergo Episcopus, quid in hoc negotio fieri debeat? Respondet Papa Alexander III. & mandat Episcopo, ut condignam penitentiam imponat mulieri adulteræ, & Ecclesiam per asperionem aquæ benedictæ reconciliare procuret. Et quia Presbyter ille infamatus erat graviter (etiam apud bonos, & graves viros, *Hostiens. hic V. Indic. ces.*) ideo cum vicinis Episcopis, quos verissimè cognoverit, non pejeraturos, purgationem ei, juxta arbitrium suum, indicat, ne populus in eo scandalum patiat, & ne alii ad similia peccata prolabantur. Quod si Presbyter ille se purgare possit, eum in officio suo ministrare permittat: alioquin ab officio suo ipsum suspendat.

XXI. Pro explicatione hujus c. notandum primò. Non poterat in casu hujus c. ob solam confessionem mulieris adulteræ, puniri Presbyter, quia uni soli testi non creditur, etsi aliàs idoneus sit, *c. Licet. 23. de testib. & quia mulier erat, quæ non potest esse testis in criminibus, c. Torus. 10. de V. S. & quia erat particeps criminis, & proprium delictum confessâ, non poterat admitti in præjudicium socii, c. 1. de confess. c. Veniens. 10. de testib. audiebatur tamen allegans propriam turpitudinem, ratione peccati, & periculi animæ, *Abb. hic n. 2.* cui etiam creditur contra se, non contra alium, *l. De ætate. 11. §. 1. ff. de interrogat. in jure fac. Hostiens. hic V. Præfata.**

Notandum secundò. Dupliciter potest intelligi hoc c. 1. quòd mulier confessâ sit, se commisisse adulterium cum Sacerdote, fortè de licentia confitentis, nam illâ datâ potest Sacerdos audita in Confessione Sacramentali revelare, modò tamen ea revelatio fiat ex justa causa, & non in infamiam, sed utilitatem ipsius confitentis cedat, qualis in hoc casu non fuit. Vel 2. quòd adultera illa confessâ fuerit, & se & adulterum cuidam Sacerdoti confessos fuisse, non confessione Sacramentali: sed extrajudiciali, ex occasione tunc occurrente, quia fortè Sacerdos ille reos illos in Ecclesia invenit, & adhortatus est, ut veritatem faterentur, ne in Ecclesia per eos polluta celebret; five quia sacrilegii pœnas timentes, se eidem Sacerdoti commendârunt, ut pro illis intercederet, vel ex alia causa; aliud enim est dicere, hoc peccatum feci, aliud, hoc peccatum illi Sacerdoti confessus fui, quæ expositio melior est, & plenior, quàm prior, ut tradit *Navarr. in c. Sacerdos. 2. dis. 6. de penit. n. 126. & 127.*

Notandum tertio. Si plures Rei sint ejusdem communis delicti, probatio facta contra unum, non facit fidem contra alium, quia fortè ille fuit convictus ex falsis probationibus, & res inter alios acta alteri non obest, *Abb. hic n. 6.*

Notandum quarto. Mandat Papa in casu hujus

jus e. Ecclesiam per asperionem aquæ benedictæ reconciliari, quia mulier publicaverat, adulterium in illa à se, & Sacerdote commissum fuisse, & exinde infamia orta erat: si enim omnino occultum mansisset delictum, non fuisset necessaria reconciliatio Ecclesiæ, etsi ad cautelam fieri potuisset: sed occultè, *Hofstiens. hic V. Reconciliare. C. Abb. n. 2.*

Notandum quintò. Etsi aliàs regulariter deficiens in purgatione puniatur ut convictus, c. *Accedens. 23. de accusat.* convictus autem de adulterio deponi debeat si Presbyter vel Clericus sit: hic autem propter infamiam, qui in purgatione defecit, tantum suspensus fuit ab officio, quia non agebatur ad certam aliquam pœnam, nullaque judicii forma fuit instituta, *Joann. Andr. hic n. 4. C. Abb. n. 3.* quamvis iste Presbyter potuisset etiam gravius puniri, *Hofstiens. hic in fine.*

XXII. Sed jam hic quaeritur, an liceat marito uxorem, & adulterum in adulterio deprehensum, propriâ auctoritate, occidere? Respondetur, etsi patri, spectato jure civili, seu Cæsareo, adulterum cum filia, quam in potestate habet, in adulterio deprehensam impunè occidere liceat, l. *Patri. 20. C. l. Quod ait. 23. ff. Ad leg. Jul. de adult.* non tamen marito licet uxorem, etiam in crimine deprehensam occidere, l. *Nec in ea. 22. §. fin. ff. eod.* Ubi ratio disparitatis redditur, cur patri id liceat, non autem marito, quia plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit, ut non occidat filium, *Gl. ibid. V. Capit:* at mariti calor, & impetus faciliè decernentis refrænandus fuit; marito verò licitum est adulteros deprehensos cum uxore occidere, non quoscunque: sed viles vel infames, l. *Marito. 24. ff. h. t. C. l. Grachus 4. C. eod.* Ubi additur, si maritus adulterum, etiam non vilem, occiderit, mitius punietur, nempe pœnâ exilii, non mortis. Item si maritus eum, quem suspectum de sua uxore, ter in scriptis admonuit, præsentibus tribus testibus fide dignis, ut se absterneat, post invenit cum uxore sua, in domo sua sine periculo eum perimat, *Auth. Si quis. C. Dicto tit. Covarr. in 4. decretalium p. 2. §. 7. n. 1. C. 2.* Atque hæc quidem procedunt de jure civili. Verùm de jure Canonico, & in foro conscientiæ, nequaquam licitum est, sive patri, sive marito, adulteros quoscunque in delicto cum filia, vel uxore deprehensos, privatâ auctoritate, occidere, sine gravi, & lethali culpa homicidii, ut docet *Covarr. c. l. num. 8. Clarus §. Homicidium. n. 50. Sanch. l. 10. de matr. dif. 8. n. 39. & alii Theologi ac Jurisperiti communiter.* Idque probatur ex c. *Inter hæc. 6. caus. 33. q. 2.* Ubi dicitur: licere secundum leges mundanas (ubi *Gl. ait.* secundum legem Lombardam: sed non secundum Romanam) non tamen secundum Ecclesiasticas, marito uxorem adulteram interficere, & in c. *seq.* publica pœnitentia imponitur occisoribus uxorum. Deinde leges civiles solum permittunt occidere uxorem, ob justum dolorem, quo incitatus vir injuriam per adulterium sibi illatam vindicat, non autem ipsum factum approbant: tales autem leges permittentes aliquid impunè fieri, sive non punientes delictum, non excusant à culpa in foro conscientiæ. Sic enim leges civiles tolerant etiam impunè meretrices. Denique injustum est, parte non

audita, privatis concedere facultatem per occidendi reum, per quam etiam periculum salutis æternæ animæ occisorum in tali eveniunt.

Non obstat cap. *Si verò. 3. de sent. exco.* maritus percutiens Clericum in adulterio deprehensum, non est excommunicatus: inprimis ibi non dicitur, licitum esse percutere adulterum cum uxore deprehensam, solum remittitur pœna excommunicationis propter justum dolorem, quem maritus non potest habere: idque vel ex eo patet, quia in illo frater percutiens Clericum cum uxore deprehensam, non incurrit excommunicationem, & tamen nullâ lege civili, vel Canonica, licet fornicantes cum fororibus, etiam in adulterio deprehensos percutere, multò minus occidere, inde cap. illud loquitur de percutiente Clericum, non de occidente: ac proinde percutiens Clericum cum uxore, matre, filia vel forore inventum, est liber ab excommunicatione, utem occidens, de quo ibi non est sermo, *Clar. n. 10. C. 12.*

XXIII. ASSERTIO 2. Quod ad peccata viles adulterii attinet, prima pœna est, quod innocens potest instituere divortium, si preparationem à conjugate adultero, quoad nuptias cohabitationem, c. *Ex litteris. §. de divor.* invenitur etiam ex c. *Tue. §. de procurat.* quin imò adulterii esset notorium, posset maritus, sententia, vel de declaratione Judicis Ecclesiastici priâ auctoritate, uxorem adulteram ex publico communi docet *Clarus l. §. sentent. §. Adulter. 12.* & vice versâ, uxor, propriâ auctoritate, poterit viro recedere.

Secunda pœna est, quod uxor adultera, si sit dotata, post latam sententiam divortii, maritus innocens lucratur, nec restituitur conjugum. Plerumque. 4. de donat. inter vir. & uxor. l. 1. C. 8. §. Hæc nisi. C. De repudiis. *Auth. Viri non Quia verò plurima, vers. de adulterio colat. §. 1. Similiter & uxor, ob adulterium mariti, lucrationem propter nuptias, & tenetur etiam uxori dotem suam restituere, durante adhuc matrimonio, cit. l. Consensu. §. Si qua igitur, C. l. causam. C. de repud. cit. *Auth. Si qua verò per Covarr. cit. p. 2. c. 3. §. 6. n. 1. C. 6. Clav. l. adulterium. n. 13. C. 15. Sanch. l. 10. de matr. dif. num. 2. C. 11. Farinac. in praxi crimin. p. 1. n. 1. C. 35.* de qua pœna plura videntur polliceri DD. cit. & dictum alibi.*

Addunt aliqui tertiam pœnam, quod adultera amittat etiam bona paraphernalia, & pro eaque viro adjudicentur, ut docet *Gl. in l. 1. §. 1. rumque. V. Dotalitium, Covarr. cit. c. 7. §. 6. n. 1. rurs. c. l. n. 15. & alii.* Sed contraria sententia prior, quam tenet *Silvest. V. Adulterium. §. 1. Sanch. cit. dif. 8. n. 10. C. alii apud Farin. cit. p. 1. n. 4. C. 5.* nam bona paraphernalia non dicuntur verba sunt extendenda, ultra propriam designationem, sed potius restituta.

§. VI.

An, & quando adulterium unius coniugis compenſetur cum adulterio alterius?

XXIV. Quæritur primò. An mutua conjugum adulteria compenſentur invicem, quoad pœnas civiles? Reſp. Compensari, non ſolùm quoad divortium, ſed etiam quoad amiſſionem dotis, & bonorum uxoris adulteræ, & donationis propter nuptias viri adulteri: ita ut neque vir adulter lucretur dotem, aut alia bona adulteræ, nec uxor adultera donationem propter nuptias ſibi factam à viro, ſed mutua fiat delictorum compenſatio. *Silveſt. V. Dos. q. 15. diſto 1. Sanch. l. 10. de matr. diſ. 8. n. 29. & alij apud ipſum.* Idque probatur primò ex l. *Viro 39. ff. ſoluto matr.* ubi dicitur: Viro, atque uxore mores invicem accuſantibus, cauſam repudij dediſſe, utrumque pronuntiatum eſt: id ita accipi debet, ut eâ lege, quam ambo contemplerunt, neuter vindicetur, paria enim delicta mutua compenſatione diſſolvuntur, ubi *Gl. V. Accuſantibus.* id explicat, id eſt, obijcientibus in civili cauſa, ut in donatione propter nuptias, & dote repetitis, nempe quam vir repetebat ab uxore, & dote, quam uxor repetebat à viro, ſed uterque ſe tuebatur ob delictum alterius. Idemque quoad pœnam divortij habetur in c. *Significasti 4. de divortijs*, ubi mulier, ſine iudicio Eccleſiæ, dimiſſa à viro ſobolem de alio viro ſuſcepit: & nihilominus viro reſtitui poſtulabat, aſſerens, ſe iniuſtè ab ipſo dimiſſam, eumque ſibi occaſionem adulterandi dediſſe: ideòque mandat Papa, ſi notorium ſit, ipſam mulierem adulterium commiſiſſe, ad eam recipiendam vir cogi non debet, niſi conſtaret, ipſum cum alia adulterium commiſiſſe, & ſic crimina mutua pari compenſatione tollantur, *Gl. ſm. ibid.*

XXV. Idem quoque probatur ex c. *Intelleximus 26. & c. Cum ſpeciali 61. in princ. de appellat.* vel hic non quæritur, num iudex juſtè, an iniuſtè proceſſerit, ſed tantùm narratur factum, *Hoſtienſ. hic V. Vinculo.* quæ tandem, adultero abjurato, & abſolutione receptâ, virum ſuum ſibi reſtitui poſtulavit (tanquam ſpoliata) coram dicto Epifcopo. At ille obijcit ipſi adulterium (poſtquam à viro receſſit, & commiſſum) & quòd ab ipſo ſpontè receſſerit, non expulſa, ideòque reſtitutionem petere non valeat: quod mulier negans, replicavit, quòd & ipſe fuerit fornicatus (& mulier quidem per quosdam teſtes ejusdem viri adulterium probavit, ad quos reprobandos, tanquam minùs idoneos, vir alios teſtes produxit, & tandem ad Papam fuit appellatum, prout habetur in integra lectione hujus c.) Quare mandat Papa Innocentius III. Epifcopo Diaceſano, ut virum mulierem recipere compellat, ceſſante etiam probatione adulterij, quod vir dicitur commiſiſſe, & non obſtante, quòd dicebat,

ipſam à viro ſpontè receſſiſſe (nam eo ipſo, quòd recedente non admiſit, ipſe vir cenſetur eam ſpoliaſſe, *Hoſtienſ. hic V. Ceſſante.*) niſi conſtiterit, vel per evidentiam rei, vel per confeſſionem legitimam mulieris (id eſt, ſpontaneam in iudicio factam, & coram iudice ſuo, *Gl. hic V. Confeſſionem, & Hoſtienſ.*) quòd ſpontè adulterata fuerit. Si verò prædicto modo (ſcilicet per evidentiam, vel confeſſionem, vel alijs modis) de mulieris fornicatione conſtiterit, cum virum adulterium commiſiſſe conſtet, & paria delicta mutua compenſatione tollantur: nihilominus compellat eundem, ut illam recipiat, & maritali affectione tractet, niſi teſtes mulieris, per quos viri adulterium eſt probatum, fuerint reprobati: alioquin (ſi conſtiterit de adulterio mulieris, & non viri, *Gl. ſm. hic.*) mulieri ſilentium imponatur, non obſtante eo, quòd dicebat, ſe ſpoliatam eſſe, *Hoſtienſ. hic.*

XXVI. Ubi notandum primò, Epifcopus loci poteſt etiam Laicos excommunicare, propter adulterium, non tantùm ad petitionem alterius conjugis innocentis, ſed etiam ex mero officio ſuo, ut colligitur ex hoc c. *Abb. hic n. 1.*

Notandum ſecundò, Si adultera petat abſolutionem ab excommunicatione, debet priùs abjurare adulterium, id eſt, juramento promittere, quòd non velit redire ad eundem: idemque vice verſâ, eſt de viro, quæ abjuratio fieri debet, quando periculum eſt relapsus, *Abb. hic n. 2.*

Notandum tertio. Si conjux petat reſtitutionem conjugis ſui, opponi ei poteſt exceptio adulterij manifeſti, vel per evidentiam rei, vel ſi mulier recedens à marito publicè adhæſit alteri viro, vel ſi paſſim admiſit alios viros, adulterij cauſâ, vel ſi filium genuit, poſtquam tanto tempore à viro ſeparata fuit, ut ex illo concipere non potuerit: vel per confeſſionem ipſius conjugis Rei, non autem ſi uxor petat reſtitutionem, eò quòd ſpoliata ſit jure conjugali, & maritus ſe offerat ad probandum adulterium ipſius per teſtes, audietur, quia petitio reſtitutionis privilegiata eſt, ut non teneatur, qui ipſam petit, ſpolianti reſpondere, ante factam reſtitutionem, c. *ult. de ord. cognit. Abb. hic n. 3. & 4.*

Notandum quarto. Si uxor ſpontè recedat à marito, non perdit quaſi poſſeſſionem juris conjugalis, quia ſolo animo retinetur talis quaſi poſſeſſio, ideòque ſi rediens ad virum non admitatur, hoc ipſo ſpoliata cenſetur; idemque eſt in marito, nam in hoc maritus, & uxor pari jure utuntur, ut patet ex cit. c. *Intelleximus, & c. Gaudemus 8. de divort. Hoſtienſ. hic V. Spontanea.*

Notandum quinto. Si agatur civiliter ad ſeparationem tori, & ad privatam utilitatem, tunc paria delicta mutua compenſatione tolluntur: ſecus, ſi criminaliter agatur ad pœnam legalem, ſeu vindictam publicam, *Abb. hic n. 5. de quo infra.*

XXVII. Similiter in c. *Tue fraternitatis 7. & ult. h. t.* quaſitum fuit, utrùm ſi aliquis denegat uxori ſuæ in adulterio deprehenſæ debitum conjugale, & poſtmodum ipſe cum alia perpetrat adulterium manifeſtè, cogi debeat, ut eandem recipiat, & maritali affectione tractet? Reſpondet idem Papa Innocentius III. quòd cum paria crimina mutua compenſatione deleantur, vir hujus-

modi

» modi fornicationis obtentu, seu prætectu, nequit
» suæ uxoris consortium declinare.

Ubi notandum, quamvis propter adulterium, sive uxoris, sive mariti, possit conjux innocens separari ab adultero conjuge, quoad torum, & cohabitationem, debet tamen continere, vel ad conjugem dimissum redire, quia remanent conjuges ob indissolubile vinculum matrimonij, *Abb. hic n. 3.*

XXVIII. Sed jam hic quaeritur, si post latam divortij sententiam, conjux innocens adulterium committat, possit conjux dimissus, non obstante sententiâ divortij, jure actionis petere, ut admittatur ad consortium conjugis dimissi, adeoque etiam repetere dotem, vel donationem propter nuptias per adulterium prius amissam? Affirmat *Gl. in cit. c. ult. V. Fornicationis, h. t. Covarr. in Epit. l. 4. Decret. p. 2. c. 7. §. 6. n. 5. Clarus cit. §. Adulterium, n. 17. Barbosa. in cit. c. ult. n. 4. h. t. & alij apud Sanch. l. 10. de matr. disp. 9. n. 27.* Probatur primò, quia quando fertur sententia divortij, sive separationis quoad torum, propter adulterium uxoris, subintelligitur ista conditio, si vir servaverit continentiam. Secundò, quia cum post sententiam divortij, peccaverit in legem conjugij, non potest uti beneficio sententiæ, quippe quæ fundata est in violatione conjugij, *Arg. c. ult. de immunit. Eccles.* Tertio, quando causa sententiæ venit ad non causam, sive cessat causa sententiæ, ob quam lata est, tunc agi potest, non obstante exceptione rei judicatæ, ut docet *Bart. in l. 21. ff. de condit. sine causa n. 1.* sed quando lata est sententia divortij, propter adulterium uxoris, si vir postea etiam committat adulterium, cessat causa, ob quam lata est sententia separationis, & sic est reducta ad non causam, ut loquitur *Bart. ergo jure actionis potest uxor repetere virum, & dotem.* Nec obstant rationes, quæ in contrarium afferuntur: nam primò, quamvis uxor separata à viro non possit petere se restitui, tanquam spoliata, quia servato juris ordine per Judicem Ecclesiasticum spoliata fuit, *Arg. c. Conquerente 10. de restit. spoliat.* potest tamen agere judicio petitorio. Secundò, jus agendi semel extinctum non reviviscit, nisi superveniat nova causa, ratione cujus potest reviviscere, ut in proposito, adulterium subsequens alterius conjugis. Deinde non reviviscit jus extinctum, si omnino, & etiam habitualiter sit amissum: secus, si solum quoad exercitium, remanente habitu, ut in proposito, jus, quod habet uxor in maritum, est per adulterium extinctum solum quoad exercitium, quia adulterium impedit, quominus uti possit jure matrimonij: non autem est omnino extinctum, cum vinculum matrimonij non sit sublatum, & ideo non dicitur propriè reviviscere, seu resurgere.

XXIX. Contrariam sententiam, quæ est etiam valde probabilis, tenet *Abb. in cit. c. ult. h. t. n. 4. & §. Sanch. cit. disp. 9. n. 30.* nempe nullam actionem acquiri conjugi adultero ad repetendum innocentem, qui post sententiam divortij adulteratus est, vel dotem, aut donationem propter nuptias, ac proinde illa delicta mutua non compensari. Idque probatur primò, quia per sententiam divortij absolvitur conjux innocens ab obligatione societatis conjugalis, & dissolvitur contractus matrimonij, quoad torum, & cohabitationem, ideoque per adulterium subsequens nulla infertur injuria conjugi dimisso, quip-

pe qui jure in ipsius corpus per sententiam absolutus, quamvis adulterando peccet contra Sicut ergo si conjux innocens conjugi innocenti injuriam per adulterium illatam, non potest divortium, quia cessat injuria: ita innocens potest, post sententiam divortij, conjugem ob adulterium postea commissum cessare etiam injuria, quæ est fundamentum compensationis delictorum, & actionis ad repetendum conjugem. Probatur secundò, quia divortij non fertur, sub conditione aliquam rem Rei, sive conjugis nocentis, si innocentem servavit, sed potius in odium ipsius rem judicatam, cum ergo per sententiam innocens absolvetur, & in perpetuum absolvetur matrimonio, ad illam non revocari sequens adulterium, cum id nullo jure causæ sed potius contrarium, quod sententia irrita sit revocanda, neque Jus naturale, & Divinum, post sententiam admitti compensationem solum quando utriusque conjugis adulterium cedit sententiam divortij.

Hinc patet, quod utraque sententia probabilis: illud autem in hac re certum est, quod sententiam divortij, propter adulterium committit quoque conjux adulterium committit, Ecclesiasticus ex officio suo reintegrare maritum debet, & eos inter se conciliare, ut iterum habitent, quia compensantur inter se adulterationis periculum consulari: nam & delictum perveniens præjudicat rei judicata, ob autem culum, & generaliter Judex officium suum implere debet, quando id necessarium est ob bonam mune, & ad vitanda peccata, *Abb. c. 1. & Covarr. l. 5. consil. consil. 1. Sanch. c. 1. n. 31.*

XXX. Cæterum tradita doctrina de compensatione unius adulterij cum alio, inter conjuges tenditur primò, quod compensationi adulterij, etiam si non eodem tempore, sed unus ante, prius, alter posteriùs in adulterium lapsus sit, hac re Jura solum ponderant, utrumque conjugum simili crimine infectum esse, & utrumque matrimonij violasse, nullâ habitâ ratione, quæ quis posteriùs delictum commiserit, *Sanch. l. 10. de matr. disp. 6. n. 6. Farinac. in praxi crimin. q. 33. & alij.*

Extenditur secundò, quod compensatio locus, etiam si unus conjux unicum tantum adulterium commiserit, alter verò plura, quia Jura non habent rationem numeri delictorum, sed tantum olata fidei conjugalis; unde si uterque conjugum fregit adulterando, sive sapius, sive semel, delicta censentur paria, *Sanch. cit. disp. 6. n. 6. Farinac. c. 1. n. 71.* Ubi tamen notandum primò, conjuges adulterium commiserint, sed reconvenerint, alteruter verò postea relabatur in adulterium, potest alter, ratione hujus novi adulterij, actionem petere, quia per reconciliationem matrimonium restituitur in pristinum suum statum, & ideo rem, perinde ac si nullum adulterium esset commissum, *Sanch. cit. l. 10. disp. 7. n. 1.* Imò etiam conjux solus adulterium commiserit, idque ab altero conjuge innocente remissum sit, si post condonationem, innocens labatur in adulterium, non potest

lud compensare cum adulterio prius condonato, nec alter petenti divortium objicere adulterium, quod ipsi remissit. Ratio est, tum quia remittentibus actiones suas non est dandus regressus, l. *Queritur* 4. §. *Si venditor ff. de edict. Edicto*. Tum quia per reconciliationem matrimonium redit ad suum pristinum statum, ac si nullum adulterium esset commissum: quo casu, utique posset prior conjux reconciliatus à conjuge postea lapsa in adulterium petere separationem, quoad torum & cohabitationem, *Sanch. cit. dif. 7. n. 1.*

Notandum secundò, si uterque conjux adulterium commisit, neque sibi sint reconciliati, postea verò unus se emendavit, altero in adulterio persistente, hoc casu, potest coniux emendatus divortium instituire, si alter conjux ab eo admonitus, ut se corrigat, in adulterio persistat, quia talis interpellatio, seu admonitio habet vim reconciliationis, ac proinde idem est, ac si post reconciliationem factam adulterium commississet, quo casu, utiq; licitum est à relapso in adulterium petere divortium, *Sanch. cit. dif. 7. n. 4.*

XXXI. Extenditur terciò, quòd etiam detur compensatio adulterij cum Sodomia, vel bestialitate commissa ab altero conjuge, quia etsi utraq; secundum se, sit gravius peccatum, quàm adulterium, & ut sic videatur adulterium uxoris compensari posse cum Sodomia, ita ut si vir Sodomita petat ab uxore adultera separari, possit illa excipere contra ipsum de Sodomia, ut delictum cum delicto compensetur, sed non vice versà, si uxor adultera petat divortium à viro Sodomita, hic possit excipere de adulterio, quia Sodomia est delictum gravius adulterio. Nihilominus tamen indistinctè fieri posse compensationem Sodomiae cum adulterio, & vice versà, probabilis videtur, quia in ordine ad divortium instituendum, utrumque crimen est aequale, cum ad utrumque concedatur divortium: si verò consideretur, in ordine ad matrimonium, gravius injuria est illi illata per adulterium, quàm per Sodomiam, & sic non posset adulterium compensari cum Sodomia alterius conjugis, quæ minus repugnat matrimonio. Itaque dicendum est, ad compensationem sufficere, quòd sint paria crimina quoad hoc, quòd tam adulter, quàm Sodomita carnem suam dividant in alium contra fidem in matrimonio datam, per quod conjuges efficiuntur una caro, quod est fundamentum, ex quo oritur jus divortij: quæ divisio perfecte in omni concubitu, siue naturali, siue Sodomitico, reperitur, idèq; uterque sufficientem causam divortij præbet, & nomine fornicationis comprehenditur, quando Christus *Matr. 5. & 19.* declaravit, licitum esse divortium ex causa fornicationis, *Sanch. cit. l. 10. dif. 4. n. 3. & dif. 6. n. 5.* ubi ait, idem esse dicendum, si unus esset reus adulterij, & Sodomiae, vel etiam bestialitatis, alter verò solius adulterij, quia quòd plura sint delicta, non obest compensationi, *Farinac. cit. 9. 143. n. 35.* dummodo tamen sicut adulterium, ita & Sodomia sit plenè perfecta, & consummata, alioquin neutrum crimen est sufficiens ad divortium, ut si fiat solum mollities cum tertia persona, siue emissione seminis in vas, *Sanch. cit. dif. 6. n. 3. Farinac. cit. l. n. 75.*

XXXII. Limitatur autem suprà tradita doctrina primò, quòd non admittatur compensatio adulterij cum adulterio inter conjuges, nisi adulterium, cuius petitur compensatio, sit certum, notorium, & liquidum, non item si sit dubium, vel incertum, juxta l. ult. c. de compensat. ubi generaliter dicitur, quòd compensatio fieri non possit, nisi causa, ex qua sit, sit liquida, *Hofstiens. in c. ult. V. Manifestè h. t. Jo. Andr. ibid. n. 1. Sanch. l. 10. de matr. dif. 12. n. 28. Farinac. c. l. n. 80.* Verum in foro conscientiae etiam adulterium conjugis occultum compensari potest cum adulterio publico alterius conjugis, ita ut adulter occultus non possit petere divortium in foro interno, in quo non requiritur probatio per testes, sed satis est, quòd ipsi conjugi constet, se adulteratum fuisse, *Sanch. cit. dif. 6. n. 9. Farinac. cit. 9. 143. n. 82.* Limitatur secundò, dummodo hæc exceptio compensationis unius adulterij cum alio opponatur, ante litis contestationem, si agatur criminaliter: secus si civiliter ad divortium instituendum, vel dotis amissionem: tunc enim ante, & post litem contestatam, quocunque tempore, opponi potest usque ad sententiam, quia tunc est exceptio peremptoria, & omnino repellit virum, qui petit divortium, ab agendo: in causa verò criminali non perimit delictum, sed tantum excludit virum ab accusando, cuius loco quilibet accusare potest, & ideo habet vim exceptionis dilatoria, quæ ante litem contestatam opponi debet, *Covarr. cit. §. 6. n. 6. Sanch. cit. dif. 6. n. 10. Farinac. in praxi crimin. p. 5. q. 142. n. 41. & 2. seqq.*

XXXIII. Queritur secundò, An adulteria conjugum compensentur, quoad penam criminalem, seu legalem, & publicam? Resp. Non compensari, quia non obstante objectione similis adulterij, potest vir accusare criminaliter uxorem adulteram ad penam legalem inferendam, cum in ea non agatur de causa partium, sed Reipubl. siue vindicta publicâ, l. 1. c. ad Leg. Jul. de adul. Sed non vicissim potest uxor accusare criminaliter virum de adulterio, ut dictum suprà, n. 6. h. t. idèq; non habet locum mutua compensatio utriusq; adulterij, nec unius conjugis delictum tollitur per delictum alterius, sed ambo nihilominus condignè puniri debent, *Abb. in c. pen. n. 5. h. t. Covarr. cit. §. 6. n. 5. Sanch. cit. dif. 8. n. 33. 34. & 36.* Idque procedit etiam in foro conscientiae, in quo etiam admittitur accusatio adulterij uxoris, non obstante exceptione similis adulterij viri, quia idem servandum est in utroque foro, quando forum externum non nititur falsâ præsumptione, *Sanch. cit. dif. 8. n. 46.*

§. VIII.

De alijs causis excusantibus à pœnis adulterij.

XXXIV. Præter mutuam compensationem delictorum, sunt & aliæ causæ, ob quas cessant pœnæ adulterij privatae, seu civiles, vel etiam publicæ, & criminales, prout videre est apud Gl. in c. pen. V. *Mutua compensatione h. t. Hofstiens. ibid. veluti 1. si uxor violenter sit oppressa, l. Si uxor 13. §. si quis & l. Vm 39. in princ. ff. h. t.* tunc enim cessante culpâ, etiam cessat pœna: aliud est, si uxor, non per vim absolutam, quæ tollit omne voluntarium, sed per gravem metum sit carnaliter cognita, nam tunc non excusatur ab omni culpa, quoad DEUM, quia coacta voluntas

E e

luntas

luntas non excusat in maleficijs, ideoque meretur aliquam poenam, sed mitiorem, neque enim infligi potest poena legalis, & ordinaria adulterij, nec criminalis, nec civilis, quia nec dote, nec consortio mariti privari debet, adulterium enim sine dolo malo non committitur, *l. pen. ff. h. r. Silvest. V. Adulterium. n. 10.* Secundò, si uxor, cum consensu viri, adulterata fuerit, qui eam prostituit, *l. Cum mulier 47. ff. soluto matrim.* nec vir adulterium potest objicere uxori, qui eam adulterandam tradidit, præsertim invitam, *c. Discretionem 6. de eo qui cognovit consang. uxore.* volenti enim non fit injuria. Tertiò, si maritus uxorem post adulterium retinuit, vel eam sibi reconciliavit, *Arg. c. Quemadmodum 25. de jurejur. & c. Si illi 29. caus. 23. q. 4. Gl. in cit. c. pen. in fine h. r.* quia videtur condonasse injuriam, vel potius factum istud pro injuria non habere, *Zaf. ff. ad Leg. Jul. de adul. n. 51.* Quartò, si maritus uxorem in adulterio deprehensam occidit, non lucratur dotem, quia sibi jus dicens, propria auctoritate, indignum se facit ejus lucro, ideoque hæredes uxoris dotem à marito repetere possunt, *l. Si ab hostibus 10. §. Si vir ff. soluto matrim.* ubi in fine additur, idem à contrario sensu statuendum esse, si uxor occideret virum adulterum, non enim lucraretur donationem propter nuptias ex pacto debitam, *Gl. fin. ibid.* Quintò, si maritus moriatur, ante accusationem adulterij motam civiliter ad dotem lucrandam, non licet hæredi ejus uxorem viduam de adulterio accusare, & dotem repetere, *l. Rejudicare 15. ff. soluto matrim.* Sextò, cessat accusatio adulterij, si tempus ipsi præfixum sit elapsum, quod est quinquennium, durante matrimonio, computandum à die commissi criminis, *l. Marii 29. §. Hoc quinquennium, & §. seq. l. Quinquennium 31. h. tit. Clarus §. Adulterium n. 20.*

XXXV. Illud hic addendum, quod non excusatur à poena adulterij conjux, qui propter necessitatem extremam famis, vel paupertatem, adulterium commisit, *Farinac. p. 5. q. 142. n. 15.* Ratio est, quia adulterij, vel fornicationis turpitudine, & malitia talis est in se, ut nullà voluntate, seu consensu humano, nec ullà alià circumstantiâ extrinsecus accedente, purgari, vel tolli possit, ne quidem consensu mariti, vel ipsius etiam uxoris; neque ob periculum vitæ, adeoque neque extrema necessitas vitæ facit adulterium, vel fornicationem licitam, quia omnis concubitus voluntarius, licet vi, seu metu extortus, extra matrimonium, sive cum illa, quæ non est legitima uxor, est intrinsecè malus, & lege naturali, ac divinâ prohibitus, independenter ab omni extrinseca circumstantia, per quâ cohonestari possit, *Covarr. in reg. Peccatum p. 2. §. 1. n. 6. in 5. rat.* Debet enim quis potius omnia mala pati, & mori, quàm in adulterium, vel fornicationem consentire, *Farinac. in praxi crimin. p. 5. q. 141. n. 60.* Aliud est in furto, seu acceptance rei alienæ, quæ fit, ob sublevandam necessitatem extremam propriam, hæc enim licita est, quia tali casu, nulla infertur injuria domino rei, qui rationabiliter invitus esse non potest, quia tunc Lex naturæ præcipit, ut rerum Domini, salvâ suâ sustentatione necessariâ, bona temporalia communicent proximis, quatenus illis indigent, adeoque tunc malitia furti cessat, quia nulla infertur injuria Domino, qui censetur tacite consentire, & legi se confor-

mare velle, prout debet. Deinde adulterium fornicatio non est medium per se à naturæ enæ in summa necessitate. Porro sicut quicumque extrinsecò illatum, non excusatur à culpa, adeo gravi: ita nec excusatur à poena, quamvis in foro mitius puniendus sit, quia minus delictum necessitate, vel metu cogente, malum agi, spontè, quia minus voluntariè fit, adeoque peccatum est, *Abb. in c. Sacris 5. n. 2. de his que & ibi Laym. n. 5.*

SECTIO II.

DE STUPRO, EJVSQUE
POENIS.

Altera pars Rubricæ hujus Tituli est de eo, quod vel genericè, & latè accipitur pro omni concubitu, sive cum mafculo, sive cum femina, que conjugatâ, vel viduâ, vel virgine, uxoribus, Suprum, aliâs Probrum 4. ff. de ritu nup. l. Inter ff. ad Leg. Jul. de Adul. l. Inter Suprum 10. ff. de V. S. Azor. p. 3. Instit. l. 3. c. 11. in p. n. ac in praxi crimin. p. 5. q. 147. n. 5. vel de for. & in specie, & de isto hic agitur.

§. I.

Quid sit stuprum strictè, & sumptum, & quotuplex, & quomodo committatur?

XXXVI. ASSERTIO I. Stuprum strictè dictum est illicita virginum dehone- præcedente pactione conjugali, ut sumitur ex ano in c. Lex illa 2. §. Cùm ergo caus. 36. q. 1. de S. Thom. 2. 2. q. 154. art. 6. ubi addit, *substantium existentium*, quod tamen ad stuprum non necessarium, *Azor. cit. c. 11. §. 2.* Latius definitur est stuprum, quod sit illicitus concubitus, quo- nalis integritas corrumpitur, *Farinac. cit. q. 147. vulgò stuprum vocatur, ein Jungfrau & dicitur.*

XXXVII. ASSERTIO 2. Stuprum per acceptum, aliud est violentum, quo per vim, adimitur virginitas corporis, & hoc est stuprum prius, & strictissime dictum: aliud est voluntarium, quod volenti, & consentienti in faciem onem infertur, idque vel plene libere, vel per fraudem inducta, aut metum compulsa committitur. Stuprum illatum virgini per violentiam, vel per fraudem, aut metum injustè in casum, vel malitiam specie distinctam à simplici fornicatione nempe injuriam illatam per vim, fraudem, vel metum, adeoque plene voluntarium, ac spontaneum, probabilius non continet speciem malitiam distinctam à simplici fornicatione, sive per violentiam, vel tutorem potestati sit subiecta, & subiectum, vel illis consentientibus se violari sinat, ut cet *Lessius l. 2. de justit. c. 10. dub. 1. Sanchez de matr. disp. 14. n. 5. Laym. l. 3. Theol. mor. n. 3.*

1. 13. n. 1. & alij apud ipsum contra *Tolet, Azor, & Silvest.* Probatur, nam in primis stuprum, sive fornicatio cum virgine, intra genus intemperantiae, sive luxuriae, non potest habere aliam speciem malitiae, quam simplicis fornicationis, cum concubitus modo naturali, ut supponitur, fiat, licet extra legitimum matrimonium, ratione cuius solum repugnat castitati, si virgo consentiat. Sed neque stuprum hujusmodi continet specialem malitiam injustitiae, quia per illud non inferitur injuria ipsi virgini violatae, violentiam, & consentienti nulla fit injuria, l. 1. §. Neque adeo ff. de injuriis. Neque etiam inferitur injuria parentibus ejus, sub quorum cura, ac potestate puella existit, quia puella habet liberum usum membrorum suorum, & corporis sui, ita ut eo vel nunquam uti possit ad carnalem generationem, cum abstinere possit a nuptiis, & omni copula carnali: vel uti modo legitimo in matrimonio, vel abuti illegitimè fornicando: & quamvis tunc peccet contra temperantiam, seu castitatem, nulli tamen facit injuriam, quia utitur jure suo, cum ipsa sit domina sui corporis, & integritatis illius, quam non teneretur ex justitia servare illibatam usque ad matrimonium, sed si illam, extra matrimonium, violari patiatur, solum peccat contra castitatem, propter indebitum abusus corporis sui: sicut si quis ex proprio dolio intemperanter bibat, nulli facit injuriam. Nec patens habet majus jus in corpus filiae incorruptae, quam corruptae; si ergo puella, abutendo corpore suo, non facit injuriam parenti, per consequens nec stuprator ei inferet, cooperando cum puella ad eum voluntarium abusum corporis. Aliud est in raptu, quo puella, sive corrupta, sive incorrupta, violententer abripitur è domo sua, vel paterna: vel etiam quo filia volens, patre invito, domo abducitur: tunc enim violatur jus patris potestatis, adeoque injuria patri inferitur, ut ex infra dicendis patebit. Aliud quoque est in abscissione membri, quae fit contra justitiam, quia cum puella non sit domina membrorum suorum, consensus illius, ut abscindantur, non tollit rationem injustitiae. Nec denique etiam stuprum continet injuriam, ob damnum, quod inde proli inferitur. Nam quod simplex fornicatio adversetur bonae educationi prolis, id facit illam esse iniquam, & repugnantem juri naturae contra castitatem, non autem facit eam esse contra justitiam, quia proles nondum existans non est capax alicujus juris, ex cuius violatione exurgat injustitia. Deinde licet contrahere matrimonium cum femina vidua, sive jam corrupta, ergo non tenetur virgo servare illæsum claustrum virginitatis, ratione prolis concipiendae ex matrimonio, aliàs virgo deflorata non posset licetè viro nubere: ergo consentire in sui violationem non est injustum, ratione damni prolis, neque illicitum, sicut simplex fornicatio in nullo casu est licita, Sanchez, cit. diff. 14. n. 5.

§. II.

Quae sint poenae stupri decreta, tum jure Civili, tum Canonico?

XXXVIII. ASSERTIO I. Qui sine vi virginem, vel etiam viduam honestè viventem stuprat.

Tomus V.

verunt, ijs, si honesti sint, irrogatur publicatio, sive confiscatio dimidia partis bonorum: si viles, corporis coercitio, seu verberatio, cum relegatione, prout statuitur in §. Item Lex Julia de adulteriis Instit. de public. Judic. Si verò stuprum per violentiam commissum fuerit, vel poenâ Legis Juliae de vi publica puniendus erit, l. In eadem 3. §. Præterea ff. ad Leg. Jul. de vi publ. vel etiam poenâ capitis, seu mortis, Gl. inc. 2. V. Plebendus h. t. Clarus §. Stuprum n. 3. in fine. Farinac. p. 5. q. 147. n. 22. & segg. quod aliqui intelligendum esse ajunt de stupro juncto cum rapto: alij de stupro commissio in puellam immaturam vi stupratam, Farinac. c. l. n. 26. & 30. Verum hodie poenâ civilis etiam in Terris Imperij locum non habet, sed servatur poenâ à Jure Canonico decreta, de qua mox, ut testatur Clarus c. l. n. 3. Harprecht. in cit. §. Item Lex Julia n. 91. Instit. de publ. Judic. ubi tamen id limitat, si contra stupratorem civilis actio instituitur; secus si agatur criminaliter, ut si pater, vel sanguinei puellam stupratam in matrimonium stupratori dare nolit, sed ad vindictam agere velit ob stuprum illatum, tunc enim & in alijs similibus casibus, poenâ juris civilis infligi potest.

XXXIX. ASSERTIO 2. De Jure Canonico stuprator tenetur virginem stupratam dotare, vel in uxorem ducere, prout constat ex c. Si seduxerit 1. h. t. quod est desumptum ex libro Exodi cap. 22. ubi dicitur: Si seduxerit quis virginem nondum desponsatam, dormieritque cum ea (id est, illam corruperit, sive carnaliter cognoverit) dotabit eam, & habebit uxorem. Si verò pater virginis dare noluerit, reddat pecuniam, juxta modum dotis, quam virgines accipere consueverunt.

XL. Præterea in c. Per venit 2. h. t. habetur, quoddam Felix nomine stupro decepit quandam virginem, unde quaesitum fuit, qualiter sit puniendus? Respondet Papa Gregorius I. quamvis secundum legem civilem, poenâ plebendus esset (de qua supra) Papa tamen aliquantum molliendo, seu temperando poenam legis civilis, statuit, ut stuprator virginis, aut illam in uxorem acciperet (si ipsa voluerit, & pater illius consenserit, cit. c. 1. junct. Gl. V. Uxorem, Gl. hic V. eod.) aut si ipse stuprator noluerit illam ducere (subaudi, dotabit illam, juxta cit. c. 1. h. t. & sic non tollitur poenâ Exodi, Hostiens. hic V. Putaverit) & corporaliter castigatus (prout visum fuerit Judici, Gl. hic V. Castigatus) & excommunicatus (non majore, sed minore excommunicatione, scilicet Sacramentorum communione, seu perceptione, quousque Superiori visum fuerit, Gl. hic V. Excommunicatus) in monasterium, seu carcerem detrudatur, ad poenitentiam agendam, nec inde egrediatur sine præcepto, seu licentia sui Superioris.

XLI. Pro explicatione utriusque hujus cap. notandum primò. Decisio cit. c. 1. h. t. non limitatur, sive restringitur per c. 2. ejusd. tit. ut nonnulli Canonistae putant: nam cum dictum 1. cap. ab Innocentio III. ex Ver. Testamento fuerit translatum in Jus Canonicum, qui longè posterior fuit, quam Gregorius I. qui fuit conditor cap. 2. & longè antiquior Innocentio III. non potuit cap. 1. quippe posterius, quatenus Christianos obligat, limitari per cap. 2. quod fuit longè prius illo latum, sive conditum.

E e 2

tum,

tum, cuius proinde decisioni standum est, quoad pœnam in illo latam, in quo Gregorius moderatus est pœnam jure civili decretam, de qua suprâ, & statuit, ut stuprator, vel in uxorem ducat eam, quam stupravit, & tunc nullam subeat pœnam (in quo temperavit pœnam Juris civilis) vel si renuit eam ducere, non solum illam dotet, prout habetur in *cit. c. 1. eod.* sed etiam corporaliter castigatus (pœna corporali inflictâ, ad arbitrium Judicis) & excommunicatus (id est, privatus participatione Sacramentorum, ut exponit *Gl. ibid.*) in Monasterium, in quo agat pœnitentiam, detrudatur, scilicet ad tempus. *Gl. fin. ibid.* & tradit *Molin. tr. 3. de justit. disp. 104. n. 9.* Quare decisio *cap. 1. h. t.* Ubi dicitur, quod qui seduxit virginem, eamque stupravit, debet illam dotare, & uxorem habere, intelligi debet, non copulativè, sed disjunctivè, juxta priorem decisionem *c. 2. ejusdem Tituli*, nempe ut vel dotet, vel in uxorem accipiat, modò ipsa, & pater ejus consenserint: ad ducendam verò illam in uxorem non potest præcisè compelli, sed solum conditionatè, si non vult incurrere pœnas in *cit. c. 2. eod. tit.* statutas, nam præter dotem, quam nihilominus stuprator dare cogitur, punitur etiam corporaliter, pœnâ arbitriariâ, vel pecuniariâ fisco applicandâ. *Abb. in cit. c. 1. n. ult. & c. 2. n. 3. h. t.* Ubi ait, non videtur delictum sufficienter punitum per constitutionem dotis, sed quia persona debet puniri, quæ deliquit, non bursa, *Gutier. l. 1. Canon. qq. c. 37. n. 10. & 11. Farinac. cit. q. 147. n. 101. & 102.* Verùm in pluribus locis, ex recepta consuetudine, stuprantes virgines sine vi aliam pœnam subire non coguntur, nisi ut illas ducant in uxores, vel decenter dorent, de qua testatur *Clarus §. Stuprum. n. 3.* dummodo tamen puella, quæ stuprum passa est, sit honestæ vitæ, aliâs enim non habet locum dispositio *cit. c. 1. & 2. h. t.*, ut addit *Clarus c. l.*

XLII. Notandum secundò. Qui seduxit virginem, & corripit, tenetur in pœnam ad dotandam illam, juxta qualitatem suæ personæ, ita ut stuprator tantum ex bonis suis illi assignet in dotem, quamvis alia bona habeat, quantum virgines ejusdem qualitatis accipere solent in dotem, ita ut soluto matrimonio, post mortem stupratoris, qui eam duxit, habeat unde ipsa vivat, & sustentetur, vel si morte fœminæ stupratæ matrimonium dissolvatur, id transmittat ad suos hæredes, idque propter delictum viri, *Abb. in cit. c. 1. n. 3. h. t. Molin. cit. disp. 104. n. 9. Farinac. cit. q. 147. n. 112.* Si verò pater illius mulieris noluerit illam dare stupratori in uxorem, vel etiam ipsa puella recuset ipsi nubere, adhuc tamen stuprator tenetur illi tradere dotem, qualis dari solet aliis virginibus ejusdem conditionis, prout habetur in *cit. c. 1. in fine h. t.* & ibi *Gl. V. Dotabit, Molin. c. l. & Farinac. cit. q. n. 105.* Quod si corruptor virginis illam ducere non possit in uxorem, vel quia initiatus est Sacris Ordinibus, vel quia conjugatus est, vel quia ipsa mulier est disparis, & inferioris conditionis, ita ut per mulierem stupratam non stet, quominus ipsi nubat, tunc tenetur stuprator dare tantam dotem, quanta illi est necessaria, ut æquè bene nubat, ac si corrupta non esset, quia compensari illi debet, quod non ducat ipsam in uxorem, etiamsi alia bona habeat, *Molin. c. l. Farinac. cit. q. n. 107. & 112.*

XLIII. Notandum tertio. Si stuprator vir-

ginis Clericus sit, ab officio est deponendus. *Abb. in cit. c. 1. n. 4. h. t. & inc. Ad Clericum de Judic. Diar. in pract. crim. can. c. 27. n. 1. Adulterium. n. 3.* Ubi ait, hanc esse communem opinionem, *Farinac. cit. q. n. 62.* Ubi tamen *Menoch.* ait, quod hodie pœna Clerici sit arbitraria, ita ut quandoque pœna deponendi vel suspensionis, quandoque pecuniaria imposita, sed semper cum præstatione dotis puellæ sit. Quod si Clericus vi corrumperet virginem, aliter sitiohem, in arctum Monasterium, vel carcerem trudendus est, *Diar. c. l. n. 3.*

§. III.

Ad quid præterea stuprator tenetur in variis casibus obligetur, si stuprum illatum, vel non?

XLIV. ASSERTIO I. Qui stuprum vim, fraudem, vel minas, seu metum inpuerulavit, aut consensum extorsit in copulam, tenetur vel ducere in uxorem, si & ipsa velit, vel damna inde illi illata resarcire, *Natur. n. 16. n. 17. Silvest. V. Luxuria. q. 6. Less. l. 1. n. 10. Vasq. in opusc. Moral. tr. de restitut. c. 3. l. 1. n. 2. & 3. Molin. tr. 3. de justit. disp. 104. n. 101.* alii DD. communiter, Ratio est, quia tunc tantum riam damnum est puellæ illatum, ergo hoc debet reparari, vel per matrimonium, eam ducendo, vel per damni reparationem, dotem competentem, præ proprium illius patrimonium assignandum, si congruè possit nubere, sicut antè nupserat, si non rata non fuisset, vel si ipsa velit, in statu honestatis re. Non obstat *cap. 1. h. t.* Ubi non solum dicitur, sed ad utrumque stupratorem tenetur, nec solum ad æstimationem damni, sed ad integram dotem dandam. Nam in primis verba illa non copulativè, sed disjunctivè intelligenda sunt, prædictum. Deinde cum sint pœne, in foro exteriori obligant, nisi post sententiam Judicis, qui tamen non tenetur stuprator, nisi disjunctivè, vel ducendum in uxorem, vel ad dotandum, & quod non integrè, si ve ad totam dotem, id enim tantum pœnam criminis pertinet, sed sufficit supra dictam quam aliâs à patre, vel aliunde haberet, addendum necessarium est, ut possit nubere viro æquæ inde ac si corrupta non fuisset, quia ad plene satisfactionem, spectato jure naturæ, & sic reditur ad damnum illatum, *Covarr. in Epit. l. 4. Dever. l. 1. §. 8. n. 15. Less. cit. c. 10. n. 11. Vasq. in opusc. Moral. tr. de restitut. c. 3. §. 2. dub. 5. n. 14.*

XLV. ASSERTIO 2. Si is, qui per vim, vel aliâs injustè puellam violavit, offerat ei ad satisfactionem pro injuria illata, augendo dotem, quæ bene ac antea nubere possit: fœmina vero si satisfactionem acceptare nolit, sed determinatè statuat, ut ipsam ducat in uxorem, stuprator inquit tenetur determinatione ad illam ducendam, si tamen te condemnationem Judicis, quia iustitia loquitur, ut res reducat ad æqualitatem, quod si augmentum dotis, ut fœmina æquali nubere possit.

unde non est obligandus corruptor ad satisfaciendum determinato modo per matrimonium: quia et si teneatur determinate augere dotem, si femina nollet ei nubere, quia non debet privari libertate nubendi, cui vellet, quam antea habebat, non tamen habebat libertatem nubendi huic, si is nollet: non ergo corruptor est obligandus ad dandam feminae hanc potestatem, quam antea non habebat, sed solum nubendi aliis, sicut antea, modo promissio matrimonii non intervenit, *Less. cit. c. 10. n. 13. Card. Lugo tom. 1. de iustit. dis. 12. sec. 1. n. 14.*

XLVI. ASSERTIO 3. Si puella vi vel per fraudem violata fuit, non tenetur nubere corruptori, etiamsi ipse matrimonium offerat in satisfactionem, sed potest petere augmentum dotis, ut possit alteri æque bene nubere. Idque procedit, non solum si fraude inducta fuit ad stuprum, ut si finxit se nobilem, vel divitem, cum non esset (tunc enim contra omnem æquitatem foret, feminam nobilem obligare ad contrahendum cum eo matrimonium, nec ita compenlaretur, sed potius magis augeretur damnum illatum) sed etiam si par sit conditionis, adhuc enim optio erit penes feminam injuste violatam, vel eligendi matrimonium cum corruptore, vel petendi augmentum dotis, quia si astricta esset ad contrahendum matrimonium cum stupratore, non compenlaretur equaliter ei damnum injuste illatum, quia antea habebat feminam libertatem nubendi, cui vellet, quæ privatur, si nunc debet contrahere matrimonium cum eo, qui forte illi non placet: vel carere dote sufficiente ad inendum matrimonium æquale, sive æque commodum, acsi adhuc virgo esset, *Less. cit. c. 10. n. 12. Aror p. 3. l. 5. c. 5. difficult. 4. & 13. & clarius Lugo cit. dis. 12. sec. 1. num. 12. contra Molin.* Sed neque violentus, aut injustus corruptor virginis, sine promissione tamen matrimonii, obligatur ducere illam, quæ longè inferioris conditionis est, etiamsi damnum ei illatum pecuniâ, seu augmento dotis refarcire non possit: quia generatim loquendo, in omnibus debitis, etiam quæ ex delicto descendunt, non tenetur debitor, cum notabiliter maiore suo damno, restituere sive solvere creditori, quam sit valor ipsius debiti, sive quando nequit solvere, seu reparare damnum, nisi cum longè maiore suo damno, quam sit id, quod intulit alteri: sufficit ergo hoc casu, ut si longè majus damnum stupratori ex matrimonio cum femina corrupta inito sequeretur, quam sit illud, quod ipsi per stuprum illatum fuit, aliis mediis, quibus poterit, datâ opportunitate, illud compensare procuraret, *Lugo cit. sec. 1. num. 18.*

XLVII. ASSERTIO 4. Si virgo vi vel fraude violata fuit, sed postea æque commodum matrimonium inivit, ac si corrupta non fuisset, nec ob eam causam aliud detrimentum passa est, quia stuprum occultum mansit, etiam viro, cui nupsit, non tenetur deflorator virginis ad ullam satisfactionem, vel compensationem ei faciendam. Ratio est, quia pro injuria, prout constituta est à damno subsequuto, nihil debet restitui, adeoque nec pro defloratione, sive violatione claustrî, seu sigilli virginis, quia illa est irreparabilis: nec si damnum est, potest pecuniâ aestimari aut compensari: sicut nec si alicui manus sit abscissa, vel oculus erutus. Aliud verò

damnum pretio æstimabile non est feminae ex stupro secutum, ut supponitur, *Navarr. in man. c. 16. n. 19. Less. cit. c. 10. num. 15. Vasq. de restit. c. 3. §. 2. dub. 3. n. 8.* Non obstat, quòd puella injuste stuprata constituitur in periculo non inveniendi æque commodum matrimonium, ac antea habere poterat, quod cum sit damnum pretio æstimabile à stupratore compensari debet. Resp. qui alterum constituit in periculo etiam vitæ amittendæ, vel facultatum, non obligatur ad restitutionem, nisi damnum reipsâ sequatur, quia periculum damni non est damnum: ergo si aliunde cesset, & tollatur illud periculum, cessat etiam obligatio illud compenlandi, quia ablatum fuit totum damnum, ad quod solum tolledum tenebatur is, qui injuste alicui damnum, vel periculum damni intulit, *Less. cit. c. 10. n. 16.* nisi femina, antequam se tali periculo exponit non inveniendi æque commodas nuptias, de illo compenlando pacta fuerit, de quo videri potest *Less. c. l.*

XLVIII. ASSERTIO 5. Si quis carnaliter per vim, vel fraudem cognovit ab alio jam corruptam, quæ tamen vulgò, & publicè virgo habebatur, tenetur illi satisfacere, arbitrio viri prudentis, si inde infamia sit secuta, ita ut non possit tam commodè alteri nubere, sicut antea, *Navarr. cit. c. 16. num. 19. Aror cit. c. 5. difficult. 11. Vasq. cit. §. 2. dub. 2.* Præterea tamen si virgo liberè consensit in stuprum, sine vi vel metu, aut fraude; si tamen stuprator flagitium postea detexit, càmque infamavit, tenetur ad reparandum ejus honorem, & damnum infamiae injuste ei illatum refarciendum, sicut si eam injuste deflorasset, *Molin. tract. 3. dis. 104. num. 13. in fine.*

XLIX. ASSERTIO 6. Si virgo liberè, sine vi, fraude, vel metu injuste incusso, consensit in stuprum, se spontè ad id offerendo: non tenetur deflorator illam ducere, nec dotare, vel aliquid aliud præstare, quia nolenti, & consentienti nulla fit injuria, neque tunc est propriè stuprum, *Less. cit. c. 10. n. 9. Molin. tract. 3. dis. 106. num. 10.* Imò neque hoc casu, in foro externo cogi potest ad ducendam, vel dotandam femina corruptam, neque alias penas decretas in c. 1. & 2. h. t. incurrit, quia pœnæ illæ solum imponuntur ei, qui virginem seduxit, vel decepit, quod non potest dici de illa, quæ se spontè obtulit, vel consensit, *Molin. cit. dis. 104. n. 10.*

L. ASSERTIO 7. Sed neque stuprator tenetur ducere puellam stupratam, vel dotare, nec alias pœnas incurrit, etiamsi illam suasionibus, seu blanditiis, vel precibus, etiam importunis, aut assiduus, vel muneribus induxit ad consensum in stuprum, sine alia tamen vi, fraude vel minis, ut ex probabiliori sententia docet *Less. cit. c. 10. n. 14. Molin. cit. dis. 106. n. 1. Vasquez cit. c. 3. §. 2. dub. 1. n. 4. & 5. Lugo tom. 1. de iustit. dis. 12. sec. 1.* & plures alii contra *Navarr. & Tolet.* Ratio est, quia preces, & dona vim non inferunt, nec cogunt, nec faciunt involuntarium, etiam mixtum, sicut metus, sed solum blandè alliciunt, adeoque facillè repellì possunt, si femina seriò velit. Excipi debet, nisi precibus Domini, aut Principis, vel Superioris puella fuisset inducta ad consensum, cui non facillè audent dissentire, hujusmodi enim preces causant metum reverentialem, & multum minuunt libertatem consensûs, imò

Et 3

inju-

injuriam quandam continent, ideòque stuprator tenetur fœminam vel ducere, vel dotare, *Lugo c. l. 1. dẽmque est, si fœmina, prae verecundia, non sit ausa dissentire, tunc enim coactè consentire censenda est, nec stuprator excusabitur ab obligatione restituendi, Vasq. c. l. n. 5. Molin. c. l. concl. 1. in fine. Contraria tamen sententia, quod qui importunis precibus, vel donis induxit puellam ad consensum in stuprum, teneatur illam ducere, vel dotare, est etiam probabilis, & miseris puellis favorabilis, ideòque consulenda, ut fateretur *Vasq. c. l. n. 6.* Quod si per metum iuste incussum puella consentit in stuprum, quia stuprator minatus est ei, quod velit eam apud patrem, vel Judicem accusare, quod aliàs licitè, & iuste facere poterat, non tenetur ad restitutionem, *Lugo cit. sec. 1. n. 18.**

L. I. ASSERTIO 8. Etsi virgo sub patria cura, & potestate sit constituta (idẽmque est quoad hoc, de filiã, viduã, aut corruptã) & liberè consentiat in stuprum, non tamen stuprator tenetur ideo restituere aliquid parentibus illius: quamvis parens, eã de causa, augeat dotem, ut possit filiam in æquẽ bono matrimonio collocare, ut docet *Molin. cit. dis. 106. n. 2. Silvest. V. Luxuria q. 5. Vasq. cit. c. 3. §. 2. dub. 4. Less. cit. c. 10. n. 9. Laym. l. 3. tr. 3. p. 3. c. 13. n. 2. contra Navarr. & Azor.* Ratio est, quia filia virgo non est possessio patris, ideòque damnum ipsius mulieris non est damnum patris, ut ei sit compensandum, ob augmentum dotis, si velit eam matrimonio jungere, quia filia ipsa non tenetur ex iustitia impedire illud damnum, cum enim sit domina corporis sui quoad usum, potest, absque patris injuria, & sine iniustitia, vel non nubere, vel malè nubere: alioquin si saltu, vel violento motu corporis exponeret se periculo rptionis virginei claustris, praevisio illo periculo, peccaret contra iustitiam, quia tunc pater etiam deberet dotem augere ad compensandum illum defectum. Neque verò pater tenetur augere dotem, si filia volens stuprata sit, ut honesto matrimonio elocari possit: quod si spontè det, damnum volens patitur: sicut ergo ipsa filia, consentiendo in stuprum, non peccat contra iustitiam, ita nec stuprator. Nec refert, quod stuprum redundat in injuriam patris, quia honor familiæ, ob evagationem flagitij à stupratore factam lãditur: nam ex injuria, secluso damno, non oritur obligatio satisfaciendi per pecuniã, vel aliud temporale ex natura rei, & in foro conscientie, sed solum respondet ei pœna, quæ non debetur, ante Judicis sententiam, & pro læso honore potest satisfieri, petitione veniæ, vel simili honoris exhibitione.

L. II. ASSERTIO 9. Potest fœmina, quæ per vim, metum, vel fraudem, in stuprum consensit, etsi in patris potestate adhuc constituta sit, remittere obligationem satisfaciendi stupratori, ita ut ad nihil etiam patri solvendum teneatur, saltem in conscientia, & ante condemnationem Judicis. *Less. c. l. n. 9. & 19. Vasq. c. l. & Lugo c. l. n. 9. & 10.* Ratio est, quia sicut filia, ante damnum illatum, potuit cedere jure suo, sine injuria patris, cum liberum ei sit à nuptijs abstinere: ita etiam post damnum acceptum, potest cedere jure suo, quod habet ad petendam ejus compensationem. Et potest filia, etiam sine consensu patris, hoc jus remittere, quia non est per se, & im-

mediatè debitum pecuniarium, sed est debet obligatur stuprator ducere fœminam in uxorem ipsa velit, cui potest illa renunciare, potest etiam non nubere.

L. III. ASSERTIO 10. Si consensit, non seductam, sed voluntario consensu effectam à Clerico, is in utroque foro, conscientie, & externo, liber est à præstatione dotis, potuit enim la cedere juri petendæ dotis, *Diaz. cit. c. 8. p. 4.* Quod si verò post corruptionem, ad quam fraude inducitur est mulier, virum ejusdem conditionis invenit, perinde ac si esset virgo, absolvetur Clericus à præstanda dote, quia nullum dicitur effectum passa est, *Diaz. c. l. n. 7.*

§. IV.

Ad quid obligetur qui stuprat virginem, sub spe, ac promissione matrimonij?

L. IV. ASSERTIO 1. Qui deſlorat virginem, verè, & sincero animo ei promittens matrimonium, si consenserit in copulam, tenetur promissis, & ducere deſloratam, si vero sine honesta vidua. Est certa, & communis sententia est, quia ex contractu oneroso obligatur, quam licitè exequi potuit, videlicet uxorem illam in uxorem, etsi non absolutè, sed conditionatè: ergo postquam fœmina implevit conditionem (quamvis illicitè) & ex parte sua contractum, etiam ipse tenetur illum complere, licitè id possit ac debeat, eamque ducere, alioquin illa injustè deciperetur. Excipi debet, si novo superveniat impedimentum dirimens matrimonium, vel sufficiens ad divortium instans, si matrimonium contractum esset, nam multum sufficit ad tollendam obligationem illud ostendi, *Lugo tom. 1. de justis, dis. 12. sec. 2. n. 17.*

Porto etsi qui virginem, vel viduam ducit sub promissione matrimonij, fuerit prius à voto Religionis, vel castitatis obstrictus, ad hoc tenetur eam ducere. Idẽmque multò magis dicendum est si votum Religionis, vel castitatis sit emulatum, promissum matrimonium, sub conditione copulæ, *Less. l. 2. de justis, c. 10. dub. 4. n. 3. l. 1. de matr. dis. 45. n. 3. Vasq. in opusculis, de matr. restit. c. 3. §. 2. dub. 6. Lugo cit. dis. 12. sec. 2. n. 17. Navarr. & alios.* Ratio est, quia obligatio non venit solum ex libera, & gratuita voluntate, sed etiam si sibi ipse privatã auctoritate imponat obligationem, ideòque non potest se vellet in præjudicium alterius, vel alieno juri derogare, ut si quis voveat, se heredem institutum, & postea nascantur illi filij, non potuit perire, & postea nascantur illi filij, non potuit perire, præcedens præjudicare juri filiorum. At ob hoc posterior ex corruptione fœminæ, sub spe, ac promissione conjugij, non oritur ex sola voluntate mittentis, sed ex jure, quod fœmina corrupta promissione conjugij acquisivit, ratione delicti, & si illa sibi illatæ, ad quam refarciendã tenetur stuprator, illam ducere, ac proinde hæc posterior obligatio longe potentior, quàm prior voti, &que præcedit, *Lugo c. l. n. 43.* Accedit, quod votum non

gat, rebus notabiliter mutatis, uti hic fit, cum vinculum iustitiae fortius supervenerit, & gravissimum proximi damnum, si votum impleatur, ideoque nocens non omnino liberatur à voto, sed ejus executio differtur ad tempus, ita ut matrimonio contracto, non possit debitum petere, & dissolutis sponsalibus ex iusta causa, vel mortuà uxore, teneatur vir abstinere à secundis nuptijs, & si Religionem vovit, eam ingredi. Aliud est de Sponsalibus de futuro, quae obligant, non obstantibus Sponsalibus posterioribus, etiam secutà copulà cum secunda, quia obligatio Sponsalium non oritur ex sola gratuita voluntate promittentis, sicut votum, sed etiam ex facto alterius, & contractu oneroso, per quem alter ex sponsis vicissim se obligavit, eique jus acquisitum est ex promissione Sponsalium, quod per posteriora Sponsalia, etiam secutà copulà, ei auferri non potest, nisi consentiat, & juri suo cedat, *Lugo c. l. n. 45.*

Dices, vel talis deflorator tenetur puellam corruptam ducere, ratione promissionis, vel ratione injuriae, & damni illati. Non primum, quia illa promissio fuit nulla, & invalida, cum fuerit de re illicita contra votum. Non secundum, quia violans virginem, sine promissione conjugij, non obligatur determinatè ad foeminam ducendam, sed vel ad ducendam, vel ad damnum aliter compensandum, ut patet ex dictis §. *preced.* in hoc casu autem corruptio puellae facta est, sine promissione, cum haec fuerit invalida, ergo tenetur solum ad compensandum, non ad ducendum. Sed responderetur, teneri defloratorem determinatè ad ducendam corruptam, ratione utriusque simul: nec est simile, quando nulla omnino adfuit promissio matrimonij, nec vera, nec ficta, sive fraudulenta, tunc enim jus non habet violata ad petendum determinatè matrimonium: habet autem, quando promissio intervenit, licet invalida, ratione fraudis, & damni sibi illati: tunc enim sicut fictus, ita etiam fraudulentus promissor tenetur veram facere suam promissionem, sive eam implere, ne foemina deflorata damnum patiatur, non obstante voto, quia haec obligatio non fundatur in voluntate se obligandi, sed in delicto fraudis, *Sanch. cit. dif. 45. n. 6. Lugo c. l. n. 46.*

L V. Limitant communiter DD. citt. nisi foemina stuprata scivisset defloratorem esse voto castitatis, vel Religionis obstrictum, quia cum tunc scivisset, vel facile advertete potuerit, illum licetè promittere matrimonium non posse, non fuit decepta, ideoque neque corruptor est obligatus ad illam ducendam, sed debet implere votum, *Less. c. l. n. 33. Sanch. c. l. n. 5.* quod tamen non esse universaliter verum putat *Lugo c. l. n. 52.* quia cum post copulam facile possit obtineri dispensatio voti, potuit existimare sibi promissum esse à stupratore, quod velit impetrare dispensationem voti, quam tamen non tenetur petere, nisi ad eam ducendam se obligarit, *Less. c. l. n. 35.* sicut etiam qui consanguineam violavit sub pacto conjugij, & simul etiam promissit, se petiturum dispensationem, illam petere tenetur, si impedimentum sit tale, in quo ex causa etiam non valde gravi dispensari solet, de quo videri potest *Sanch. l. 5. de matr. dif. 5.*

L VI. ASSERTIO 2. Qui virginem defloravit, promittendo ei matrimonium, si in stuprum

consenserit, sed fictè, & sine interna intentione se obligandi, & promittendi, debet illam ducere in uxorem, si ipsa velit, nec sufficit, si pecunià veller satisfacere pro damno per stuprum illato, ut ex communis sententia docet *Less. cit. c. 10. dub. 3. n. 20. Molin. tr. 3. de just. dif. 106. n. 4. Vasq. cit. c. 3. §. 1. dub. 2. n. 15. Sanch. l. 1. de matr. dif. 10. n. 3. Lugo cit. dif. 12. sec. 2. n. 20.* Ratio est, quia iustitia commutativa non tantum exigit, ut reddatur æquale, sed etiam ut idem in specie reddatur, si reddi possit, quia unum pro alio in viro creditori solvi non potest, *l. 2. §. Mutui ff. de reb. cred.* sed stuprator in specie promissit, non pecuniam, sed matrimonium, ergo ex iustitia commutativa, & contractu oneroso debet contrahere matrimonium, & implere quod promissit, nec satisfacit, si offerat aliam satisfactionem pro damno virginitatis, quia ipsa foemina non consentit in stuprum pro dote, vel pecunia, sed pro matrimonio, nam hoc est, quod ipsi debetur. Quare sicut ipsa conditionem implevit, ex parte sua: ita etiam ex iustitia petere potest, ut etiam impleatur contractus ex parte stupratoris, fiatque; quod promissit, etsi fictè solum. Idque procedit, si etiam foemina promiserit matrimonium, sive solus vir: nam etiam si illa non promiserit, quia tamen non consentit in stuprum, nisi sub spe, & obligatione matrimonij (si enim dotem solum promississet, foemina se violari non permisisset) ideo ex iustitia tenetur vir fraudem hanc tollere, & verè in matrimonium consentire, cum per injuriam fictè consenserit, *Sanch. c. l. n. 4.* unde licet stuprator non teneatur eam ducere directè, & immediatè, ratione promissionis, quippe quae ficta fuit, & nulla, tenetur tamen illam ducere, quia ex iustitia obligabatur verè promittere. Idemque dicendum de stupratore, qui fictè contraxit matrimonium de praesenti cum foemina, quam sub eo praetextu stupravit, sive virgo fuerit, sive jam corrupta, regulariter enim tenetur stuprator eam ducere, quia etsi matrimonium fuerit nullum, defectu veri consensûs, tamen obligatur verè consentiendo eam ducere, si ipsa velit, ratione injuriae, & damni secuti, tum in fama: tum quia nulli alteri permittitur nubere in foro externo, in quo tale matrimonium validum praesumitur, *Less. c. l. n. 21. Sanch. c. l. dif. 11. n. 5. & 6.* quamvis si haec damna foeminae non consequerentur, non teneretur fictè contrahens verum, & validum consensum praestare, *Lugo c. l. n. 30.*

L VII. Limitatur autem tradita doctrina primo, nisi vir notabiliter excedat conditionem foeminae, idque ipsa sciverit, ut si vir sit nobilis, vel valde dives, foemina verò filia rustici, vel pauperrima, tunc enim facile suspicari potuit, ipsum nonnisi fictè promittere ei matrimonium, ut votis potiri possit, *Sanch. cit. dif. 10. n. 5. & 6. Less. cit. c. 12. dub. 3. n. 22.* Et hoc casu fictus promissor non tenetur eam ducere, etiam si addito juramento id promiserit, quia juramentum non obligat, nisi juxta intentionem promittentis, vel jurantis, si ergo ipse nullam habuit intentionem promittendi, sive se obligandi ad matrimonium, nec vi juramenti obligabitur, *Sanch. c. l. n. 8.* Quod si verò foemina stuprata omnino ignoravit virum notabiliter ipsam excedere, vitae conditione, ac dignitate, nec tunc tenetur illam ducere, sed sufficit, si illam dote, vel aliter damnum resarciat, *Sanch. cit. dif. 10.*

dis. 10. n. 21. & probabile censet *Less. c. l. n. 23.* Ratio est, quia stuprator non tenetur illam ducere, ratione promissionis, quippe quæ ficta fuit, & invalida; nec ratione injuriæ, & damni illati, quia debitor etiam ex delicto non tenetur restituere, cum notabili suo detrimento, id quod in specie debet, sed sufficit, quod reddat in æquivalenti: ut in proposito, si stuprator deberet ducere longè se inferiorem, cui fictè promissit matrimonium, multò plus deberet reddere, quàm promiserat: cum ergo non teneatur se ipsum tradere, sive corpus suum, propter excessum conditionis, seu dignitatis, sufficit, si tantum dotis, vel pecuniæ det, ut possit nubere viro æqualis conditionis, qualem ipsa putabat esse stupratorem: idque provenit, non ex eo præcisè, quod contractus esset inæqualis, alioquin nunquam femina posset nubere viro nobiliori se, si contractus injustus foret, ob inæqualitatem conditionis, sed quia aliàs restitutio longè superaret debitum, *Lugo cit. dis. 12. sec. 2. n. 20.* ubi addit, notandam esse differentiam inter promissionem matrimonij, sive Sponsalia, & contractum matrimonij de præsentì, quia hic solum tendit ad traditionem corporis conjugis, abstrahendo à conditionibus extrinsecis nobilitatis, dignitatis &c. Sponsalia verò respiciunt etiam ad hujusmodi qualitates extrinsecas, ita ut si in illis interveniat notabilis mutatio, non sit quis obligatus observare contractum Sponsalium.

LVIII. Limitatur secundò. Non tenetur fictus promissor matrimonij stupratam ducere, si ex verbis ambiguis, vel inconstantibus, vel ex alijs conjecturis facile potuit deprehendere fallacem animum promittentis, tunc enim non tam decepta fuit, quàm decipi voluit, sibi quæ damnum inde consequens imputare debet, *Less. cit. c. 10. n. 24. Sanch. cit. dis. 10. n. 19.* unde hoc casu stuprator nec ad dotandum, vel aliquid restituendum obligatus erit, si virgo plenè advertere potuit deceptionem, seu fictionem, quia tunc liberè censetur consensisse in stuprum, *Less. c. l. n. 25. Sanch. c. l. n. 19. Vasquez cit. c. 3. §. 1. n. 19. in fine.*

Limitatur tertio. Si quis fictè promissit nuptias diceat, vel fingenti se esse virginem, cum non esset, tunc enim non tenetur eam ducere, sed una injuria cum altera compensatur, sicut enim vir ipsam decepit, ita & ipse ab illa deceptus est; & tunc nec aliquid restituere debet, ratione stupri fictæ illà promissione extorti, quia etsi seriò promississet, ad nihil teneretur, ergo nec si fictè, *Sanch. c. l. n. 11. Less. c. l. n. 29.* Quod si femina non dicebat, vir tamen putabat esse virginem, quæ tamen verè virgo non erat: tunc fictus promissor non obligatur quidem illam ducere, tenetur tamen ad restitutionem aliquam, ob copulam injustè extortam, quamvis non tantum restituendum sit, quantum si fuisset virgo, quia damnum illatum multò minus est, *Less. c. l. n. 30. Sanch. c. l. n. 11.*

LIX. Quartò, si virgo stuprata, sub ficta promissione conjugij, postea cum alio fornicetur, nec ducere eam tenetur deflorator, nec aliter satisfacere, quia ex vi promissionis fictæ solum tenebatur eam ducere, quæ obligatio per supervenientem fornicationem est extincta, sicut etiam eo casu, si seriò promississet, cessaret ea obligatio, *Less. c. l. n. 28. Sanch. cit. dis. 10. n. 23.*

Quintò, si fictus promissor matrimonij eam ducere, sed ipsa nolit, quia cognovit, promississe, tunc non tenetur deflorator alius augendam propter deflorationem, nec quia per ipsum non stat, quo minus ducere promissit dotem, sed matrimonium, unde seriò promississet, ad nihilum teneretur, *Sanch. cit. dis. 10. n. 23.* Similiter si parentes puellæ nolint eam ducere in matrimonium, non tenetur is ad eam ducendam, quia se solum obligavit ad eam ducendam, per ipsum autem non stat, quæ terminat, *Sanch. c. l.*

Sextò, si fictè promittens virginem tantum actus impudicos cum illa exerceret, tenetur illam ducere, sed alio modo satisfaciendum non est tanta injuria, *Sanch. c. l. n. 14.*

Septimò, qui fictè promissit matrimonium extorqueret copulam à vidua, vel alijs propterea, quia ipse sciebat non esse virginem, non tenetur eam ducere, sed satis est, si aliam injuriam ei compenset, *Less. cit. c. 10. n. 31. dis. 10. n. 23.* Ratio est, quia femina corripendo matrimonium pro copula, nimis excipitur, nisi corrupta esset vidua, bonæ famæ, quæ ex illa copula fornicaria crederet infamiam, ob quam inhabilis redderetur quale matrimonium, *Sanch. c. l. n. 24.*

Denique nisi ex tali matrimonio grave scandalum, si eam stuprator ducat, exitus, *Sanch. c. l. n. 9. & 10.* plura de hæc possunt apud DD. cit.

§. V.

An stuprum sit crimen mixti fori, quomodo sit probandum?

LX. ASSERTIO I. Si stuprum committitur à Clerico, seu persona Ecclesiastica, de eo agitur Judex Ecclesiasticus; si verò à Laico, Judex secularis, ac proinde quam dotem constituere debet, præ stuprator Clericus, arbitratibus Judicis secularis, & quam Laicus, Judex secularis, arbitratur. *Jud. casu 288. n. 21. Farinac. p. 1. q. 12.* Verum quod stuprum etiam à Laico committitur crimen mixti fori, ita ut etiam ab Episcopo, vel Judice Ecclesiastico cognosci, & puniri possit, poenâ carceris, vel aliâ corporali, videtur competere ex c. 2. h. t. ut notat ibid. *Fagnan. n. 8. & 9.* poenâ ibi statuta ab Episcopo sunt indigestæ, patet ex inscriptione illius cap. quæ à Gregorio papa est facta ad Episcopum Sipontinum, *l. 1. marg. ibid.* ubi etiam sermo est de Laico, qui nem decipiendo, ad stuprum induxit, & puniendus ut non solum excommunicetur, sed etiam corpore liter castigetur, & in Monasterium detradatur, si nuerit stupratam ducere in uxorem: Judex secularis non potest excommunicare, nec in Monasterium detrudere, ergo stuprum est mixti fori peccatum continet, alioquin Judex Ecclesiasticus non posset de hoc crimine cognoscere, nec punire, si stuprator sit Laicus, nec temporalis jurisdictioni Ecclesiæ subiectus, secundum *Gl. comm. in c. 2. v. Lex Civilis in fine de arbitrio* recepram in c. 2. v. *Lex Civilis in fine de arbitrio*

¶ In Reg. 2. *P. Possessor de R. J. in 6.* Idque confirmatur ex Concil. *Trid. c. 3. Sess. 25. de Reform.* ubi habetur, quod Episcopus, vel alius Prælati Ecclesiasticus, etiam Laicos punire possit mulctâ pecuniariâ in delictis Ecclesiasticis, vel mixti fori, *Fagnan. in cit. c. 2. n. 10. & 11.* Ex quo inferitur, quod in Terris subiectis temporaliter Ecclesiæ Romanæ, imò etiam in Terris Imperij, in foro, seu Tribunali Ecclesiastico, propter stuprum etiam à Laico commissum, infligenda sint pœnæ Canonica statuta in c. 1. & 2. h. t. In Terris verò Imperij, in foro civili, seu seculari, pœnæ statuta Jure Civili, *Fagnan. in cit. c. 2. n. 6. & 7.*

LXI. ASSERTIO 2. Virgo stuprata, in foro externo, præsumitur fuisse virgo, quæ tum communiter habita fuit pro virgine, idcirco si stuprator aliter contrarium, dicendo illam non fuisse virginem, cum carnaliter illam cognovit, sed jam prius corruptam, id probare debet, quia præsumptio stat pro puella, & propter delictum transfertur onus probandi in ipsum stupratorem, *Abb. in c. 1. n. 5. h. t. Clarus §. Stuprum, n. 4.* Si tamen mulier tunc verè non fuisset virgo, teneretur stupratori, in foro conscientie, non solum restituere dotem sibi propter stuprum adjudicatam, sed etiam expensas litis injustas ab eo factas, quia talis sententia fundata est in falsa præsumptione, quæ cessat, ubi constat de contraria veritate, *Molin. tr. 3. de justit. disp. 104. n. 14.* Similiter in foro externo, virgo desolata semper præsumitur seducta, id est suasionibus, aut importunis precibus, vel pretio inducta ad stuprum, non simplici petitione, nisi contrarium à stupratore probetur, *Abb. in cit. c. 1. n. 2; h. t. Molin. c. l. n. 1.* Unde si verè mulier seducta, vel decepta non fuisset, deberet in conscientia restituere stupratori pœnam, eâ de causâ, ipsi adjudicatam, imò & expensas litis: quin etiam teneretur, petente viro, interrogata à Judice confiteri veritatem, alioquin perjury esset, si sub juramento interrogata id negaret, *Molin. c. l.*

LXII. Hinc inferitur, si mulier stuprata asserat se fuisse virginem, tempore stupri, idque juramento confirmet, creditur ei affirmanti, & non stupratori id neganti, nisi prober: idque tum in odium delinquentis, tum stupratoris: tum quia pro asserente stat præsumptio naturæ, cum enim virginitas sit qualitas, quæ inest à natura, & nascitur cum persona, præsumitur semper adesse, donec contrarium probetur à negante, *Mascard. de probat. concl. 1177. n. 6. & 1410. n. 2. Tuschus V. Stuprum concl. 709. n. 39. Pacianus l. 2. de probat. c. 2. n. 10.* ubi n. 11. ait, puellæ asserenti se virginem fuisse, fidem haberi, etiam sine juramento, nisi id exigatur, quia ex præsentibus stupro oritur quædam sinistra opinio adversus eam, quæ juramento purganda est, *Farinac. in praxi crim. p. 5. q. 147. n. 135. & seq. ubi tamen n. 139. addit, in hac re maxime attendendam esse qualitatem vitæ, & morum puellæ, quia si malæ famæ esset, & pro virgine non reputaretur, non esset standum ipsius juramento, cum hujusmodi mulieres facile contemnunt jusjurandum, & potest hæc præsumptio orta ex jurata asseritione puellæ, tolli per alias conjecturas contrarias, seu signa inhonestatis, aut corruptionis, Menoch. l. 6. de præsumpt. præsumpt. 89. n. 4. & seqq. Farinac. c. l. n. 139.*

Tomus V.


LXIII. Aliud verò dicendum est, si mulier asserat se esse corruptam, vel imprægnatam à Titio, is verò neger se ipsam carnaliter cognovisse, tunc enim non est standum nudæ asseritioni etiam juratæ mulieris, si alias probationes non asserat, *Arg. c. Significasti §. h. t.* Ex quo constat, quod adulterium non probetur per solam asseritionem, seu confessionem mulieris, ergo nec stuprum aut simplex fornicatio. Ratio est, tum quia, generatim loquendo, onus probandi incumbit affirmanti, non neganti, l. 1. ff. de probat. l. 2. C. eod. tum quia nullus idoneus testis in re sua esse potest, l. Nullus 10. ff. de testib. l. Omnibus 10. C. eod. & uni soli testi non creditur, etsi aliàs sit idoneus, c. Licet 23. de testib. ergo non est credendum mulieri nudè asserenti se esse corruptam à Titio, sine alia probatione: tum quia actor non probante, absolvendus est reus, l. Qui accusare 4. C. de edendo: & universim loquendo, favorabiles sunt Rei, quàm actores, juxta reg. utriusque Juris in 6. & in Digestis. Imò cæteris paribus, plus est credendum viro, quàm mulieri, nam testimonium mulieris varium est, & mutabile, c. Forus 10. §. fin. de V. S. ergo etiam in hoc casu, plus est credendum viro neganti, quàm mulieri affirmanti, sibi stuprum illatum esse.

Quare si mulier, quæ se stupratam dicit, probat suam intentionem, probabilibus quidem indicij, & conjecturis, quæ tamen non convincunt, nec sufficiunt ad plenam probationem, deferendum est juramentum viro reo ad purgandam suam innocentiam, ejusque juramento standum est, *Arg. cit. c. Significasti h. t.* ubi præcipitur deferri juramentum purgationis reo infamato de adulterio, sive purgatio Canonica ei indicenda est, ergo idem faciendum est cum infamato de stupro: alioquin verò si actor, vel actrix nihil omnino probavit, ne præsumptivè quidem, absolvendus est reus, etsi nihil omnino præstiterit probando, prout habetur in c. ult. §. Sanè de Superjurando. Et hanc esse praxin in pluribus Cærijs Episcopalibus testatur R. P. Georgius Gobat S. J. de tota Republ. Christiana, propter doctissimas resolutiones innumerorum omnis generis casuum editas optime meritis, *Par. 2. Alphabeti matrimonialis n. 188.*

Cæterum stuprum, sicut & simplex fornicatio, iisdem fermè modis probari potest, quibus adulterium, de quibus supra sec. 1. §. 3. h. t. nam etsi visi sint, juvenis, & puella simul per plana, & nemora, vias, & invia, pluries convagati fuisse: non tamen hoc est sufficiens, & plena probatio stupri, vel fornicationis commissæ, si alia indicia, & adminicula non concurrant, c. Tertio loco 13. de præsumpt. nisi præcessisset monitio, *Abb. ibid. n. 4.* neque violenta præsumptio stupri, vel fornicationis inducitur ex eo, quod adolescens, & puella sæpius convenerint in loco obscuro, imò etiam in eodem lecto simul jacuisse deprehensi sint, præsertim si induiti, quia satis crebrò fit, ut nihil omnino impudicum agant, vel non nisi oscula, & turpes actus exerceant, sine intentione ipsius copulæ, vel ut dispositionem aliquam faciant ad Sponsalia, ut notavit prædictus P. Gobat. in

Theolog. Juridico morali, cap. 32.

sec. 2. n. 21.



F f

SECTIO

SECTIO III.

DE ALIIS DELICTIS CAR-
nis, eorūque pœnis.

Præter adulterium, & stuprum, sunt etiam alia carnis delicta, de quibus, eorūque pœnis hic breviter agemus.

§. I.

De crimine incestus, & Sa-
cilegii.

LXIV. Quæritur primò, quid sit incestus, & quot modis committatur? Resp. Incestus est concubitus cum persona consanguinea, vel affine, in gradu prohibito, ideòque consanguineorum, vel affinium abusus dicitur in *c. Lexilla 2. §. Cum ergo caus. 36. q. 1.* Unde incestus committitur inter personas, quæ Jure Divino, vel humano prohibentur inter se matrimonium contrahere: Jure Divino inter ascendentes, & descendentes per lineam rectam, ut inter patrem, & filiam, avum, & neptem, aviam, & nepotem, & sic de reliquis: Jure humano verò inter cognatos, & affines in linea laterali, sive transversali, usque ad quartum gradum inclusive, excepto primo gradu inter fratrem, & sororem, in quo jure naturæ probabiliter prohibitum est matrimonium, *Silvest. V. Luxuria, q. 1. Azor. p. 3. l. 3. c. 9. not. 5. Farinac. in practi crim. p. 5. q. 149. n. 5. Zes. in comment. ff. ad Leg. Jul. de Adult. n. 64.* Committitur autem incestus duplici modo, vel sub colore, seu prætextu matrimonij, vel sine illo, *Farinac. c. l.*

LXV. Quæritur secundò, quæ sit pœna incestus, de Jure Civili, ac de Jure Canonico? Resp. primò. Pœna simplicis incestus, sine matrimonio, de Jure Civili antiquo, est pœna mortis, quia est gravius crimen adulterio, *l. Si Adulterium 38. §. Nonnunquam ff. ad Leg. Jul. de Adult.* quæ pœna solum locum habet, si incestus committatur, jure gentium, sive naturali prohibitus, ut inter ascendentes, & descendentes in linea recta, *c. l. Si Adulterium. §. Quare mulier, & ibi Gl. V. Gentium:* vel quando incestus committitur, cum adulterio, vel stupro, secundum *Gl. 1. in cit. l. Si Adulterium.* Clarus §. Incestus, n. 2. Est igitur pœna incestus simplicis, sine velamine, seu specie matrimonij commissi, eadem, quæ adulterij, *l. Miles 11. §. 1. ff. ad Leg. Jul. de Adult. Hostiens. in Summa n. 13. Covarr. in 4. lib. Decret. p. 2. c. 6. p. 8. n. 2. Farinac. c. l. n. 7.* hodie verò si incestus commissus sit contra jus humanum, sive in gradu consanguinitatis, vel affinitatis solum prohibito Jure humano, imponenda est pœna arbitrio Judicis, pro varietate circumstantiarum, *Zes. ff. eod. n. 65.* Si verò quis, sub prætextu, sive sub colore matrimonij, incestum commisit, sive incestas nuptias celebravit, pœna variæ sunt statuta Jure Civili, veluti confiscatio omnium bonorum, privatio dignitatum, & missio in exilium, & verberatio, si incestuosus sit vilis persona, juxta *Auth. Incestus C. de in-*

incest. nupt. Farinac. cit. q. 149. n. 21. & seqq. Sunt tamen plures casus, in quibus pœna Juris Civili non incurritur, ut apud Clarum §. Incestus, n. 7. & 8. *Menoch. de arbit. Judic. casu 502. n. 78. Farinac. cit. q. 149. n. 161. & seqq.* Veluti primò, si incestus futurò tantum, vel de presenti sit contra consanguineam, vel affinem, ante consummationem matrimonij. Secundò, si matrimonium in gradu prohibito sub conditione, si pater suaverit. Tertio, si quis incestas nuptias non scienter, sed ex ignorantia probabili, & crassa, vel ex ignorantia facti, non juris, contraxerit, & gentium.

LXVI. Resp. secundò. Quod verò sit pœna Juris Canonici, si Clericus incestum committat, perpetuò est deponendus ab Ordinatione, ac beneficio, *Arg. c. Non debet 10. cap. qui tamen textus loquitur de cognatione spirituales, quæ ipsi peccata confessantur, c. l. n. 3. Diaz. in practi. crim. Canon. V. incest. n. 1. & 2. Clarus §. Incestus, n. 2. Farinac. cit. n. 34. & alij DD. communiter.* Imò si Clericus fornicatus sit cum aliqua muliere, & pœna consanguinea illius, intra quartum gradum ascendens, maxime si cum matre, & filiabus sororibus, aut consobrinis fornicationem publicatam sit, *Covarr. c. l. n. 3. Diaz.* Si verò Laicus crimen incestus scienter committat, Judice Ecclesiastico excommunicari potest, super si vir erat conjugatus, privatur perpetendi debitum ab uxore, cujus conjugium carnaliter cognovit, & uxore mortuâ, non amplius cum alia matrimonium contrahens, *quis 5. caus. 35. q. 2. Diaz. cit. c. 88. in sacris causis verò. Menoch. de arbit. Jud. casu 502. n. 78. & seqq.* Si verò incestus est commissus, sub colore matrimonij, plures etiam pœna Juris Canonici sunt decreta: nam imprimis qui in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis Canonice Canonica (necum Divinâ) incestum matrimonij contrahunt, sunt ipso jure, & sine processu excommunicati, *Clement. unic. de consang. & affinit. c. l. n. 1.* Quam pœnam non incurrit contrahens, si non presens ad pœnam requiritur, lata culpa, *Diaz. c. l. in addit. V. Deponatur. §. Excommunicati.* Tercio, quoad ignorantiam juris. Secundò, si contrahentes debent ab invicem separari, *c. l. n. 1.* Tertio, tales incestuosi non possunt cum aliquo matrimonium contrahere, nisi ignorantes contraxerint, *c. Qui propinquam 4. caus. 35. q. 2. & seqq.* alter tantum, tunc enim puniuntur pœna arbitraria, *Menoch. cit. casu 502. n. 104. & 105. & seqq.*

LXVII. Ceterum ad incestum non tantummodo etiam stuprum, sive fornicatio, non tantummodo consanguinea, sed solâ cognitione legali, seu civiliter contracta, per arrogationem, vel adoptionem, propriè non sit incestus talis copula carnalis, sed colore matrimonij, sive sine illo, habitâ, & contractâ, quæ ordinariâ, sed mitiore, & arbitraria pœna puniuntur, talis incestus improprie dictus, *Farinac. cit. q. 149. n. 44. & 2. seqq.*

Præterea ad incestum revocatur etiam stuprum, vel fornicatio commissæ inter conjunctos cognatione spiritali, ratione Sacramenti Baptismi, & Confirmationis, sive carnalis copula habita sit, sub specie & prætextu matrimonii, sive sine illo: nam quamvis cognatio spiritalis impediatur matrimonium, non tamen puniatur hoc crimen pœnâ ordinariâ incestus, sed tantum imponi potest extraordinaria, & mitior, arbitrio Judicis, cum non sit propriè dictus incestus, nec enim pœnæ sunt extendendæ. *Clarus §. Incestus n. 4. Farinac. c. l. n. 50.* Jure verò Canonico, Sacerdos, qui filium spirituale, quam è baptismo levavit, vel quam tenuit in Sacramento Confirmationis, carnaliter cognovit, vel commatrem, sive illius matrem ab officio deponendus est, c. Omnes. 8. juncto c. Si quis. 9. caus. 30. q. 1. *Diaz. in præf. c. 86. n. 2. & 4. Menoch. cit. casu 502. num. 27. & 28. Farinac. cit. q. 149. num. 53. & 2. seqq.* idemque de eo, qui cognovit filiam Confessionis, & filiam Parochiæ, *Menoch. c. l. n. 29.*

LXVIII. Quæritur tertio. Quid sit, & quomodo committatur crimen sacrilegii, & quæ sint pœnæ illius? Resp. Crimen sacrilegii, prout hic accipitur, revocatur ad incestum, & est sacrilegus concubitus, sive illicita fornicatio cum persona Deo dicata per votum Religionis, vel Ordinis, *Farinac. p. 5. q. 146. §. Sacrilegium. n. 2.* Et quamvis etiam fornicatio Clerici, non solum Regularis, sed etiam secularis in sacris constituti, cum soluta sit sacrilegium, ratione voti castitatis annexi Ordinibus sacris, ut docet *Azor p. 3. l. 3. c. 4. q. 8. in fine, & alii Theologi: in foro tamen externo, seu contentioso, non censetur, nec puniatur ut Sacrilegium, sed ut simplex fornicatio tantum, Clarus §. Fornicatio. n. 18. Menoch. de arbitr. Indic. casu 289. n. 6. Farinac. cit. q. 146. n. 30. & alii.* Sacrilegium verò, quod gravius Jure Civili, & Canonico puniatur, est stuprum commissum à Clerico, vel Laico cum Moniali, *Farinac. cit. q. 146. n. 5.* Hoc crimen Jure Civili puniatur pœnâ mortis, *Auz. de SS. Episcop. §. pen. collat. 9.* quæ est canonizata in c. Si quis. 30. caus. 27. q. 1. Jure verò Canonico, stuprum sacrilegus, si Laicus sit, excommunicatur: Clericus autem non solum beneficiis privatur, sed etiam deponitur ab Ordine, & in Monasterium ad agendam penitentiam perpetuò detritur, c. Si quis Episcop. p. 6. & c. Si quis Monachum. 28. in fine cit. caus. 27. q. 1. *Menoch. de arbitr. Indic. casu 389. n. 24. Farinac. cit. q. n. 24. & 26.* Monialis verò, quæ se carnaliter cognoscipassa est, in strictius Monasterium virginum detritur, ut penitentia illic, & orationibus atque jejuniis vacet, cit. c. Si quis Monachum, & c. Si quis rapuerit, *Diaz. in præf. c. 85. in addit. V. Deponatur, Farinac. c. l. n. 12.*

§. II.

De crimine Sodomie, & pœnis illius.

LXIX. ASSERTIO I. Sodomia est nefandum crimen contra naturam, per quod masculus coit cum masculo, vel etiam femina cum femina, ut colligitur ex c. *Vetus. 14. caus. 32. q. 7.* adeoque est concubitus inter duos, non servato sexu, puta masculi

ad masculum, vel femina ad femina, ut docet *S. Thom. 2. 2. q. 154. art. 1. in corp.* propter quod vitium igne de cælo descendente, quinque Civitates sunt combustæ, *Gen. c. 19.* Est autem crimen commune, seu mixti fori, de quo non solum Judex secularis, sed etiam Ecclesiasticus cognoscere potest, ut colligitur ex c. *Clerici. 4. de Excess. Prælat. Clarus §. Sodomia. n. 3. Menoch. de arbitr. Indic. casu 286. n. 24.* potest hoc crimen committi etiam à mascolo cum femina cognoscente illam in vase extraordinario, & præpostero, etiam à marito, cum propria uxore: non est tamen strictè dicta sodomia, sed vitium quidem contra naturam, specie tamen à sodomia propriè dicta distinctum, quia hæc propriè est concubitus, in quo non servatur debitus sexus, secundum *S. Thom. c. l.* Quare etsi multi DD. teneant, concubitus masculi cum femina in vase præpostero, eisdem pœnis esse puniendum, quibus puniatur sodomia propriè ac strictè dicta, *Covarr. in l. 4. Decret. p. 2. c. 7. §. 5. n. 7. Clarus c. l. n. 2. Menoch. c. l. n. 33. & 2. seqq. Farinac. p. 5. q. 148. n. 35.* Contrarium tamen est probabilius, quia est peccatum specie distinctum, & minus grave, quam sodomia strictè dicta, idèoque minus etiam puniendum erit, cum pœnæ non sint extendendæ, ultra propriam significationem verborum, *Silvest. V. Luxuria. q. 1. Azor p. 3. l. 3. c. 20. q. 4. Tanner. 2. 2. disp. 3. q. 3. dub. 7. num. 149.* Ubi ait, non committi per talem concubitus sodomiam propriè dictam.

LXX. ASSERTIO 2. Plures sunt pœnæ sodomie propriè dictæ statutæ Jure Civili, 1. pœna capitis, sive gladii, §. Item lex Julia Instituit. de publ. Indic. l. Cum vir. 31. C. ad leg. Jul. de adult. Auz. Vi non luxurientur homines, §. un. collat. 6. quæ pœna est canonizata in c. Sollicitatores, 15. disp. 1. de pœnit. & ibi *Gl. V. Qui pæro.* In quibusdam locis exstatuto, vel consuetudine sodomie igne exuruntur, *Clarus §. Sodomia. n. 4. Azor cit. l. 3. c. 19. not. 1. Farinac. cit. q. 148. n. 7.* saltem post mortem. Et hæc pœna mortis locum habet, tam in agente, quam patiente, nisi huic vis inferatur, *Clarus c. l. 2.* Sodomie sunt infames ipso jure, etiam antequam sint accusati, & damnati, cit. l. Cum vir, & ibi *Gl. fin. Menoch. cit. casu 286. n. 20. Farin. c. l. n. 11. 3.* Privantur sodomie dominio rerum suarum, quæ ipso jure confiscantur, ut tradit *Gl. in c. pen. V. Natura contrarias de heret. in 6. Clarus c. l. n. 6. Menoch. c. l. n. 19. Farinac. c. l. n. 12.* quamvis hæc pœna privationis bonorum non ubique servetur: apud quos plura de pœnis civilibus legi possunt, quas nonnulli extendunt etiam ad illos, qui solum attentarunt petere hoc nefandum crimen, *Farin. c. l. n. 56. & 57.* Sed contrarium, ob crimen sodomie non consummatum, etiam si ad actum proximè perventum sit, non debere imponi pœnam mortis, sed aliam extraordinariam Judicis arbitrio, & mitiorem, teneant *Clarus c. l. n. 8. Menoch. c. l. n. 28. Farin. c. l. n. 64. & habetur in l. 1. §. Qui pæro. ibi: perfectio flagitio, puniatur capite. ff. de extraord. crim.*

LXXI. ASSERTIO 3. Pœnæ verò decretæ Jure Canonico sunt, quod propter crimen sodomie, Laici excommunicandi sunt, & à communione fidelium penitus excludendi, donec condignam penitentiam agant. Si verò Clerici sint, non solum beneficiis priventur, sed etiam omnino deiciantur,

feu deponantur ab Ordine, & statu Clericali, & ad agendam penitentiam in Monasterium detrudantur, prout habetur in c. Clerici. 4. de Excess. Prælat. Præterea Clericus sodomita notorius, cum sit suspensus ab Ordinis executione, si interim celebret, vel minister in Ordine, irregularitatem incurrit, in qua Episcopus dispensare non potest, sed solus Papa, quia sodomia est delictum gravius adulterio: Episcopus autem solum potest dispensare in irregularitate orta ex notorio adulterio, & aliis criminibus eo minoribus, ut constat ex c. At si Clerici. 4. §. de adulteriis supr. de Iudic. Azor l. 3. c. 19. q. 6. Si verò sit sodomita occultus, non est suspensus ab homine, vel à jure, & consequenter, et si celebret, ante actam penitentiam, non fit irregularis, Azor c. l. q. 7. Navarr. in man. c. 27. n. 249. Quaranta in summa Bullar. V. Sodomia in addit. limit. 1. Ubi rationem reddit, quia irregularitas hæc non provenit ex delicto, sed ex infamia, & scandalo, quæ ex delicti notorietate oriuntur, hæc autem cessat, quando sodomia est occulta, multò minus contrahitur irregularitas per Laicos. Contrarium tamen tenet Diaz in præf. Canon. c. 90. in addit. V. Detrudatur lit. B. Clarus c. l. n. 5. Farin. cit. q. 148. n. 27. nempe quòd sodomita occultus, etiam peractâ penitentia, sit suspensus ab Ordinis executione, ideòque si interim celebret, fiat irregularis, in qua tamen suspensione, & irregularitate hodie ex concessione Concilii Trident. dispensare potest Episcopus. Sed prior sententia videtur probabilior.

Alia pœna Canonica sodomix est, quòd propter illud crimen institui possit divortium inter conjuges, quoad torum, & cohabitationem, arg. c. Omnes. 7. caus. 32. q. 7. si enim propter adulterium conjuges separari possunt, multò magis propter crimen sodomix, quod est longè gravius, & per quod magis læditur matrimonium, Clarus c. l. n. 7. Menoch. cit. casu 286. n. 22. & alii DD. communiter.

LXXII. Denique juxta Constitutionem Pii V. editam anno 1568. die 3. Septembris, quæ incipit, Horrendum illud scelus, & extat apud Quarantam c. l. Omnes Clerici seculares, & regulares, cujuscunque gradus, & dignitatis, crimen sodomix exercentes, omni privilegio Clericali, omni que officio, dignitate & beneficio Ecclesiastico privati, & per Judicem Ecclesiasticum degradati statim potestati seculari tradantur, qui de illis idem capiat supplicium, quod in laicos sodomitas legitimis Sanctionibus reperitur constitutum: quæ tamen pœna degradationis probabiliter non incurritur, ipso facto, sed non nisi post sententiam condemnatoriam Judicis, vel saltem declaratoriam criminis, ita tamen ut sententia retrahatur ad diem commissi criminis, Azor c. l. c. 19. q. 5. Suar. disp. 31. de censur. sec. 4. n. 22. Quaranta c. l. V. Sodomia in addit. limit. 5. quia nemo tenetur exequi pœnas in seipsum: Ubi addit ex Tolet. & Henric. dictam Constitutionem, quoad forum internum conscientix, in praxi receptam non esse, sed tantum respicere forum externum.

Præterea ad hanc pœnam degradationis incurrendam requiritur primò, ut sodomia sit frequentata sive reiterata pluribus actibus, ut colligitur ex V. Exercentes in cit. Bulla Pii V. quo nomine intelliguntur, qui aliquid faciunt non semel aut iterum, sed frequenter, & quasi ex consuetudine, Azor cit. c. 19.

q. 2. Suar. cit. sec. 4. n. 21. Quaranta c. l. limit. rem in foro conscientix. Requiritur secundò, ut sit consummata, effuso semine intra veneticum, Azor cit. c. 19. q. 4. Suar. c. l. Quaranta limit. 3. Requiritur tertio, ut sit sodomita non occultus, Azor c. l. q. 6. Quarto ut sit C. neque enim in illa Bulla comprehenduntur quia de illis non loquitur, Navarr. in Man. num. 249.

LXXIII. Ceterum ad crimen sodomix vocatur crimen bestialitatis, quando quis commiscetur cum bruto animali, quod etiam puniatur, sicut & olim in lege Moïsa, Exod. vers. 19. sive masculus sit, sive femina, c. l. caus. 15. q. 1. Ubi etiam pecus interfici debet, additur in fine ratio, quia tali flagitio contra indignam refractionem facti memoriam, Clarus c. l. c. 27. Menoch. cit. casu 286. n. 31. Farin. 148. n. 46. Ubi ait, quòd in pluribus locis bestia simul comburuntur. Est autem bestialitatis unius speciei, licet animalia, cum quo coitus, specie physica differant, quia est eadem malis ratio turpitudinis, scilicet copulam habere diversæ speciei, Azor cit. l. 3. c. 22. q. 1.

§. III.

De simplici fornicatione, & de naturâ, & utriusque pœnæ.

LXXIV. Quaritur primò, Quid sit simplex fornicatio, & quo jure sit prohibita, sit ejus pœna? Resp. primò, fornicatio dicitur jure accipitur, primò latè, & generaliter, pro illicito concubitu, extra legitimum matrimonium, secundò specialiter ac stricte pro concubitu cum soluta, eaque dicitur simplex fornicatio, si autem hic dicuntur illi, qui liberi sunt ab omni culo, scilicet conjugii, consanguinitatis, & Sacri Ordinis, Religionis, seu voti, adeoque quos matrimonium licet contrahi potest, c. l. Luxuria. q. 1. Azor cit. l. 3. c. 4. in præf. arbit. Iudic. casu 289. n. 1. & 2. Farin. in præf. p. 5. q. 137. n. 6. & 7. Et dicta est fornicatio, quòd meretrices in fornicibus, hoc est, in locis, & obscuro habitabant, Menoch. c. l. n. 2. Item fornicatio etiam simplex graviter prohibita solum jure Canonico, c. Nemo. 4. c. Menoch. caus. 32. q. 4. c. Nubendi. 20. in fine caus. 7. q. 1. dicitur, fornicatio nulli impunè conceditur, c. 1. re. 6. disp. 34. c. Fornicari. 10. disp. 88. Ubi dicitur, nicari omnibus semper non licet: sed etiam contra est jure Divino positivo, primò ad Corin. 1. lat. 5. v. 19. Ephes. 5. vers. 31. Thessal. 4. v. 3. jure naturali, quia est contra bonam educationem, & institutionem prolis nascituræ, adeoque contra se, & intrinsecè mala, & peccatum mortale, c. 1. cet S. Thom. 2. 2. q. 154. art. 2. in corp. Azor cit. not. 4. & alii Theologi communiter. Uno autem ad nostrum 3. de heretic. tanquam error, seu hæreticum damnatur asserere, quòd actus fornicationis (adeoque, & simplex fornicatio) cum ad eam non inclinet, non sit peccatum, scilicet mortale, c. 1. Gl. ibid. V. Non est, Azor cit. c. 4. not. 3. Clarus

nicatio, n. 1. quamvis Jure Civili fornicatio non sit prohibita, sed permessa, ita ut nulla poena sit imposita, ut ex communi tradit *Clarus c. l. n. 2. Menoch. cit. casu 289. n. 14.*

LXXV. Resp. secundò. Poena simplicis fornicationis à Laico commissæ de Jure Canonico est arbitraria, *Clarus c. l. n. 3. Menoch. c. l. num. 13.* Clericus verò in Sacris constitutus, vel puniendus est, arbitrio Judicis, ut docet *Diaz in pract. Can. V. Fornicarii. c. 82. n. 2.* vel potius poenâ suspensionis ab officio, ut communior docet sententia, *Clarus c. l. num. 4.* nisi Clericus sit notorius, & valde scandalosus fornicator, vel incorrigibilis, tunc enim etiam omnino potest deponi ab officio, & beneficio, imò est ipso jure suspensus, *Menoch. de arbit. Judic. casu 289. n. 10. & 11. Farinac. cit. q. 137. n. 16. 21. & 24.*

LXXVI. Queritur secundò. Quid sit concubinatorius, & quinam sint concubinarij? Resp. etsi Jure Civili concubinatorius dicatur, qui mulierem solutam domi sue, loco uxoris retinet, & cum ea carnale commercium habet, ut patet ex tit. ff. De concubinis, *Farin. in pract. p. 5. q. 138. num. 9. & 10.* tamen de Jure Canonico concubinatorius is proprie dicitur, qui solutam, & corruptam mulierem, nulloque sibi spiritualis, vel carnalis cognitionis vinculo conjunctam domi retinet, vel etiam extra illam in aliena domo, cum qua consuevit carnaliter commisceri, *Diaz in pract. Canon. V. Concubinarij. c. 83. num. 1. Farinac. cit. q. 138. n. 3. & 12.* differt ergo concubinatorius à simplici fornicatione, quia per unicum concubitum fornicarium sit, & denominatur quis fornicator: ad concubinatam verò consuetudo, & actus sæpius repetiti requiruntur, *Diaz c. l. num. 1. Farinac. c. l. n. 9.* Porro Jure Divino, & Canonico omnino concubinatorius est prohibitus, & abrogatus, ut constat ex c. Nemo. 4. c. Dicat aliquis. 9. c. Sicut. 8. *caus. 32. q. 4.* imò concubinatorius gravius est peccatum, quam simplex fornicatio, quò longiore tempore durat, c. *Audiri. 6. dis. 34.*

LXXVII. Queritur tertio. Quæ poenæ Jure Canonico sint statutæ in concubenarios, sive Clericos, sive Laicos? Resp. In primis Clericus concubinatorius publicus, seu notorius, ipso jure, suspensus est ab officio, & beneficio, quousque satisfecerit, sive quamdiu in hoc vitio perseverat, c. *Præter. 6. dis. 32. c. ult. junct. Gl. V. Deposito. dis. 33.* & si interim celebret, vel actum Ordinis exerceat, sit irregularis, ita ut cum eo solus Papa dispensare possit: si concubinatorius sit occultus, *Silvest. V. Concubinatorius. q. 4. Azor cit. l. 3. c. 6. not. 2. Farinac. cit. q. 138. num. 40. & 55.* quin imò olim Clericus concubinatorius ab Ordine, & beneficio deponi poterat, ita tamen, ut arbitrio Judicis relinqueretur, considerata circumstantiis, & qualitate personæ ac delicti, & scandalo inde consequente, modò minorem poenam

suspensionis, modò majorem privationis beneficiorum aut depositionis concubinariis imponere, cum à Jure propter concubinatam diversæ poenæ imponantur, *Diaz cit. c. 83. num. 3. Farinac. cit. q. 138. num. 39.* Hæc procedunt, secundum antiquos Canones; quomodo verò Clerici concubinarij posteriore Jure Decretalium puniri debeant, & quomodo juxta Decretum Concilii Tridentini *Sess. 25. c. 14. de reform.* contra illos procedi debeat, dictum est supra lib. 3. Tit. 2. toro 5. 2.

LXXVIII. Quod verò ad concubenarios Laicos attinet, idem Concilium *Sess. 24. de reform. matrim.* statuit, concubenarios, tam solutos, quam uxoratos, cujuscunque status, dignitatis & conditionis existant, si postquam ab Ordinario, etiam ex officio, eà de re ter admoniti fuerint, concubinas non ejecerint, sive ab earum consuetudine se junxerint, excommunicatione feriendos esse, à qua non absolvantur, donec reipsa admonitioni factæ satisfecerint. Quod si in concubinato, per annum, censuris neglectis, permanerint, contra eos ab Ordinario severè pro qualitate criminis, procedatur. Mulieres, sive conjugatæ, sive solutæ, quæ cum adulteris, sive concubinariis publicè vivunt, si ter admonitæ non paruerint, ab Ordinaris locorum, nullo etiam requirente, ex officio graviter, pro modo culpæ, puniantur, & extra oppidum, vel Diocesim, si de eisdem Ordinariis videbitur, ejiciantur, invocato, si opus fuerit, brachio seculari: aliis poenis contra adulteros, & concubenarios inflictis, in suo robore permanentibus. Hæc Concilium. De Jure verò Canonico antiquo, Laici concubinarij puniebantur, arbitrio Judicis, ut refert *Clarus §. Fornicatio. num. 8.*

LXXIX. Illud postremò hic addendum, quamvis si Christianus carnaliter cognoscat fœminam solutam Judæam, vel vice versâ, Judæus cognoscat fœminam Christianam, non sit peccatum specie distinctum à simplici fornicatione: est tamen gravius delictum, propter irreverentiam, & injuriam, quæ inferitur legi, & Religioni Christianæ: idèoque gravius etiam puniatur, *Azor l. 3. c. 29. q. 3.* non tamen poenâ mortis, sed aliâ mitiore, & extraordinariâ, arbitrio Judicis, cum nulla certa poena, in hoc casu, à Jure sit statuta, nempe vel poenâ corporali, præsertim si fœmina, quæ cognita est à Judæo, sit honesta, vel solùm poenâ pecuniariâ punietur, si sit vilis conditionis, vel publica meretrix, *Clarus §. Fornicatio. n. 26. Menoch. de arbit. Judic. casu 290. n. 9. Farinac. p. 5. q. 139. n. 3. & seqq.* Idèumque dicendum, si Turca, vel paganus carnaliter cognoscat mulierem Christianam, vel contra Christianus mulierem Turcam, vel aliam infidelem, *Farin. c. l. n. 32.*

